This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

BEITRÄGE

ZUR

GESCHICHTE DER PHILOLOGIE

VON

Dr. ANTON ZINGERLE,

o. ö. Professor der classischen Philologie an der k. k. Universität zu Innsbruck.

I. THEIL:

DE CARMINIBUS LATINIS SAEC. XV. ET XVI. INEDITIS.

INNSBRUCK.

VERLAG DER WAGNER'SCHEN UNIVERSITÄTS-BUCHHANDLUNG.

1880.

BEITRÄGE

ZUR

GESCHICHTE DER PHILOLOGIE

VON

Dr. ANTON ZINGERLE.

o. ö. Professor der classischen Philologie an der k. k. Universität zu Innsbruck.

1. THEIL:

DE CARMINIBUS LATINIS SAEC. XV. ET XVI. INEDITIS.

INNSBRUCK.

VERLAG DER WAGNER'SCHEN UNIVERSITÄTS-BUCHHANDLUNG.

1880.

DE CARMINIBUS LATINIS

SAECULI XV. ET XVI.

INEDITIS.

STANFORD

PROLEGOMENA SCRIPSIT, CARMINUM DELECTUM E COD. OENIPONT. 664 ET VINDOBON. PALAT. 3506 EDIDIT, INDICEM NOMINUM ET RERUM ADIECIT

ANTONIUS ZINGERLE,

Phil. Dr., in C. R. Univers. Oenipont. Professor p. o.

OENIPONTI.

SUMPTIBUS ET TYPIS ACADEMICIS WAGNERIANIS.

A. MDCCCLXXX.

PH[illegible]
25

CAROLO . SCHENKELIO .

MAGISTRO . OPTIMO .

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. xxxvii. a. 3), ubi de poetarum Italorum eo tempore auctoritate mentionem feci, ea quoque adiungas, quae Geiger. scripsit Syb. Z. 1878 p. 329.

p. lvii. casu accidit, ut haec uerba sint omissa: „De Vincentio Longino (Vincenz Lang aus Freistadt in Schlesien), ex cuius carmine ad Fuchsmagonum misso supra p. xxxii. quaedam adtulimus, cf. Kluepfel. i, 206. ii, 92 Aschbach. Univ. Vind. ii, 437; apud Freher. ii, 239 legitur eiusdem Vincentii Longini Silesitani, artium et philos. doctoris poetaeque laureati ad diuum Maximilianum, regem Roman. panegyricus pro instituto et erecto collegio poetarum et mathematicorum in Vienna Pannoniae. — Collegium illud a Maximiliano litteris Bauzani datis est constitutum cf. Freher. ii, 237 Kaltenbaeck. Oest. Z. l. c. p. 109 Kluepfel. i, 201. Ut Vincent. Longinus Imperatorem Maximilianum in nostr. cod. carmine uers. 7. Maximum Aemilianum appellat (supr. p. xxxii.), ita etiam in paneg. uers. 75. Eandem nominis explicationem etiam in Celtis carminibus inueniri, inter omnes constat. Reliqui autem poetae, quorum poemata in nostr. cod. leguntur, uoce „Maximianus“ in uersibus dactylicis saepius utuntur.“

p. 2 cum uers. 20. compares *Ov. Fast. 3, 804 aeternos uincere posse deos* p. 12 in fin. lege *Spaet. l. Dicht. i, 51.*

p. 26 auctorum elencho haec sunt inserenda: *209 sqq. cf. Ov. Her. 1, 73 quaecumque aequor habet, quaecumque pericula tellus.*

p. 53 locis cum uers. 212. comparatis addas *Verg. Ecl. 4, 51 Terrasque tractusque maris.*

p. 57 in fin. lege *Lichn. viii Beil. iv.*

p. 64 apparatui critico adiungas: *26, 11 an:* iam tum?

p. 79 cum uers. 3 sq. conferre quoque possis *Ov. Trist. 1, 2, 31 nec quid fugiatue petatue Inuenit.*

p. 85 in testimoniis ad uers. 33 adlatis, uerbis „Claud. in Ruf. 1, 143“ deletis, substituas *Verg. Aen. 3, 97 cunctis dominabitur oris.*

p. 92 uers. 60 scribendum est: *Celaeni.* Cf. quae in Proleg p. l. dixi et Indic. s. v.

Loci ac libri, qui p. 98 in indice auctorum (68,1) laudati sunt (Anthol. L. Ries. 782; Ries. in Jahn. J. 1869 p. 282; Comparett. Virg. p. 130), etiam ad carm. 19 p. 47 pertinent.

p. 98 uers. 21 interpungendi ratio, in codice prorsus neglecta, forsitan ita sit mutanda: *Illuc, magne, senex longae post tempora uitae* cf. Proleg. p. lii.

p. 131 in apparat. crit. de *domino Simsi* ea addas, quae in Indic. s. v. legis.

p. 147 in indic. s. v. Hermagoras haec uerba adiungas: *martyr ac primus ecclesiae Aquileiensis episcopus.* Act. Sanct. iii, 251 sqq. (Ed. Ant.)

Indici librorum, quorum tituli infr. paucis tantum litteris significati sunt, hos quoque inseras:

Breitschw. A. Aquileia das Emporium an der Adria v. O. v. Breitschwert. Stuttgart 1880.

Forbig. G. A. Handbuch der alten Geographie v. A. Forbiger. Leipzig 1848.

Geiger. Syb. Z. Geigers Abh. in v. Sybels histor. Zeitschrift.

Horawitz. Corr. Reuchl. Zur Biographie und Correspondenz Joh. Reuchlins v. A. Horawitz. Sitzungsber. d. kais. Akademie d. W. 85. Bd. S. 117 ff. Wien 1877.

Jaeger. Cus. Der Streit des Cardin. Nicolaus v. Cusa mit dem Herzoge Sigmund von Oesterreich v. Dr. A. Jaeger. Innsbruck 1861.

Kvičala Verg. Stud. Vergil-Studien v. Joh. Kvičala. Prag 1878.

Panzer. Annal. Annales typographici op. G. W. Panzer. Norimbergae 1793 sqq.

Pauly R. E. Real-Encyclopädie der classischen Alterthums-Wissenschaft v. Pauly-Teuffel. Stuttgart 1842 ff.

Rausch M. Die burgund. Heirat Maximilians I. Dargestellt v. K. Rausch. Wien. 1880.

Zoller. hist. Oen. Geschichte und Denkwürdigkeiten der Stadt Innsbruck v. F. K. Zoller. Innsbruck 1816 ff.

OPERA,

quorum tituli infr. paucis tantum litteris significantur paginarum numeris additis, haec sunt:

Adelung. Fortsetzungen und Ergänzungen zu Jöchers Gelehrt. Lexicon v. Adelung-Rotermund. Leipzig 1784 ff.

Agostin. scritt. Ven. Notizie istorico-critiche intorno la vita e le opere degli scrittori Viniziani racc. da Giov. degli Agostini. Venez. 1752.

Anthol. L. Ries. Anthologia Latina siue poesis Latinae supplementum rec. Alex. Riese. Lips. 1868 sq.

Aschbach. Celt. Die früheren Wanderjahre des C. Celtes von Dr. Jos. Aschbach. Sitzungsber. d. kais. Akademie d. W. 60. Bd. S. 75 ff. Wien 1868.

Aschbach Univ. Vind. Geschichte der Wiener Universität von Jos. Ritt. v. Aschbach. 2. Bd. Wien 1877.

Baehrens Poet. l. min. Poetae latini minores rec. Aem. Baehrens. Lips. 1879 [1]).

Bernhardy R. L. Grundriss der röm. Literatur von G. Bernhardy. Braunschweig 1872.

Biograph. A. D. Allgem. deutsche Biographie. Leipzig 1876 ff.

Biograph. univ. Biographie universelle ancienne et moderne. Paris 1811 sqq.

Bonell. N. Bonelli, Notizie istorico-critiche della chiesa di Trento. Trid. 1760 sqq.

Bonell. Mon. Monumenta ecclesiae Tridentinae. Trid. 1765.

Bramb. Die Neugestaltung der latein. Orthographie von W. Brambach. Leipzig 1868.

Brandis E. Des tirol. Adlers i. Ehrenkräntzel von F. A. Graf Brandis. Bozen 1678.

Brunet. Manuel du libraire d. Brunet. Paris 1842.

Burckhardt C. d. R. Die Cultur der Renaissance in Italien v. J. Burckhardt. 3. Aufl. v. Geiger. Leipzig 1877.

Bursian. J. B. Jahresbericht über die Fortschritte der class. Alterthumswissenschaft herausg. v. C. Bursian. Berlin 1873 ff.

---

[1]) In ueterum scriptorum locis adferendis ubique fere editionum Teubner. numeros secutus sum; ubi aliae editiones erant laudandae, compendia facile intelleguntur uelut Schneidew. Mart. ed. mai. = Martial. ed. Schneidewin Grim. 1842. Burm. Luc. = Lucan. ed. Burmann Leid. 1740 et sim.

Chmel. G. F. Geschichte Kaiser Friedrichs IV. und seines Sohnes Max. I. v. Jos. Chmel. Hamburg 1843.

Chmel. Reg. Regesta chronologico-diplom. Friderici IV. Romanorum regis. Von Jos. Chmel. Wien 1838.

Ciacon. Ciaconius, Vitae et res gestae Pontificum. Rom. 1677.

Comparett. Verg. Virgil im Mittelalter v. Dom. Comparetti. Aus dem Ital. übers. v. Dütschke. Leipzig 1875.

Delit. poet. germ. Delitiae poetarum Germanorum. Francof. 1612.

Denis. B. W. Wiens Buchdruckergeschicht v. M. Denis. Wien 1782.

Denis. Garell. Die Merkwürdigkeiten der k. k. garellischen Bibliothek v. M. Denis. Wien 1780.

Du Cange. Glossarium mediae et infimae latinitatis conditum a D. Du Cange dig. Henschel. Paris 1842.

Eckstein L. U. Latein. Unterricht. Geschichte und Methode v. Fr. A. Eckstein in Schmid's Encyclopäd. des ges. Erziehungs- und Unterrichtswesens XI. Gotha 1878.

Eckstein N. Nomenclator philologorum von F. A. Eckstein. Leipzig 1871.

Egger hist. Tir. Geschichte Tirols von den ältest. Zeiten bis in die Neuzeit von Dr. Jos. Egger. Innsbruck 1872 ff.

Erhard. Geschichte des Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung v. Dr. F. A. Erhard. Magdeburg 1827.

Ersch. Encycl. Allgem. Encyclopädie der Wissenschaften und Künste herausg. v. Ersch und Gruber. Leipzig 1818 ff.

Fessler-Klein hist. Ung. Geschichte von Ungarn von J. A. Fessler. 2. Aufl. v. Klein. Leipzig 1867 ff.

Freher. Germanicarum rerum scriptores etc. ex bibl. M. Freheri. Francof. 1624.

Friedlaend. S. Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms von L. Friedländer. Leipzig 1871 ff.

Fugger E. Spiegel der Ehren des Hochlöbl. k. und k. Erzhauses Oesterreich v. J. Fugger. Nürnberg 1668.

Geiger Reuchl. Joh. Reuchlin, sein Leben und seine Werke v. Dr. L. Geiger. Leipzig 1871.

Geiger Reuchl B. W. Joh. Reuchlins Briefwechsel ges. v. L. Geiger Literar. Verein in Stuttgart 1875.

Geiger Z. f. d. C. Beziehungen zwischen Deutschland und Italien zur Zeit des Humanismus v. L. Geiger in Müller's Zeitschr. f. deutsche Kulturgesch. Hannover 1875 S. 104 ff.

Goedeke B. N. Das Narrenschiff des Seb. Brant herausg. von K. Gödeke. Leipzig 1872.

Graess. L. Lehrbuch einer allgemein. Literärgeschichte von Dr. J. G. Graesse. Dresd. u. Leipzig 1842.

Graess. Tr. Trésor de livres rares et précieux. Dresden 1859.

Gregorov. hist. urb. Rom. Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter vom 5. bis zum 16. Jahrh. v. F. Gregorovius. Stuttgart 1870.

Grimm S. Deutsche Sagen, herausg. v. d. Br. Grimm. Berlin 1818.

Hagen hist. phil. Zur Geschichte der Philologie v. H. Hagen. Berlin 1879.

Haase V. Vorlesungen über latein. Sprachwissenschaft von F. Haase, herausg. v. F. A. Eckstein. Leipzig 1874.

Hegewisch. hist. Max. Geschichte der Regierung Kaiser Maximilians I. v. D. H. Hegewisch. Leipzig s. a.

Hertz Anal. M. Hertz Analecta ad carminum Horat. historiam. Vratislav. 1876 sqq.

Horawitz Anal. Analecten zur Geschichte des Humanismus in Schwaben von A. Horawitz, Sitzungsber. d. kais. Akademie d. W. 86. Bd. S. 217 ff. Wien 1877.

Horawitz R. Zur Geschichte des deutschen Geisteslebens im Zeitalt. d. Renaissance. Zeitsch. f. d. österr. Gymnasien 1877 S. 44 ff.

Huebner hist. phil. Grundriss zu Vorles. über die Geschichte der class. Philologie v. E. Huebner. Berlin 1876.

Huem. Sedul. De Sedulii poetae vit. et scriptis. Scrips. Dr. J. Huemer. Vindob. 1878.

Jahn. Jahrb. Jahrbücher f. Philologie und Pädagogik. Leipzig. Teubner.

Janitschek R. Die Gesellschaft der Renaissance in Italien von H. Janitschek. Stuttgart 1879.

Janssen hist. pop. Germ. Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters v. J. Janssen. Freiburg i. B. 1878 sq.

Janssen R. Frankfurts Reichscorrespondenz von 1376—1519, herausg. von Dr. J. Janssen. Freiburg i. B. 1872.

Jöcher. Allgemein. Gelehrten Lexicon v. Chr. Jöcher. Leipzig 1750 sqq.

Kaltenbaeck Oe. Z. Oesterr. Zeitschrift für Geschichts- und Staatskunde. 3. Bd. Herausg. v. J. P. Kaltenbaeck. Wien 1837.

Keller Epileg. Hor. Epilegomena zu Horaz von O. Keller. Leipzig 1879.

Khautz O. G. Versuch einer Geschichte der österr. Gelehrten von F. C. Khautz. Frankfurt 1755.

Kink Univ. Vind. Geschichte der kais. Universität zu Wien. v. R. Kink. Wien 1854.

Kluepfel Vit. Celt. De vita et scriptis C. Celtis opus posthumum Engelb. Kluepfelii. Friburgii 1827.

Lichn. Geschichte des Hauses Habsburg von dem Fürsten Lichnowsky. Wien 1844.

Lirut. N. Notizie delle vite ed opere scritte da' Letterati del Friuli raccolte da Gian-Gius. Liruti. Venez. 1760.

Ludewig. Universal-Lexicon a. Wissenschaften u. K. Halle 1732.

Marq.-Momms. Ant. Handbuch der röm. Alterthümer v. J. Marquardt u. Th. Mommsen. Leipzig 1874 ff.

Mazzuch. Gli scrittori d' Italia cioè notizie storiche e critiche intorno alle vite e agli scritti dei letterati Italian. del conte G. Mazzuchelli. Bresc. 1753 sq.

Meiners. Lebensbeschreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissenschaften v. C. Meiners. Zürich 1796.

Menzel d. D. Deutsche Dichtung v. W. Menzel. Stuttgart 1859.

Moron. D. Moroni, Dizionario di erudizione storico-eccles. Venez. 1879.

Mueller hist. un. 24 Bücher allgem. Gesch. v. J. v. Müller. Stuttgart 1852.

Mueller Luc. de re metr. De re metrica poetarum latinorum praeter Plaut. et Ter. libri VII. Lips. 1861.

Mueller Luc. G. d. Phil. Geschichte der class. Philologie in den Niederlanden v. L. Mueller. Leipzig 1869.

Neue Formenl. Formenlehre der latein. Sprache v. F. Neue. Berlin 1877.

Ranke P. Die röm. Päpste in den letzten 4 Jahrh. v. L. v. Ranke. Leipzig 1874.

Raynald. Annales ecclesiastici auct. O. Raynaldo. Lucae 1754.

Reumont L. de Med. Lorenzo de' Medici v. A. v. Reumont. Leipzig 1874.

Reumont. hist. urb. Rom. Geschichte der Stadt Rom v. A. v. Reumont. Berlin 1868.

Retzer Balb. Hieronymi Balbi opera coll. J. de Retzer. Vindob. 1791.

Ruf Ferd. Z. Dr. Joh. Fuchsmagen v. Seb. Ruf in der Zeitschrift des Ferdinandeums f. Tir. u. V. Innsbruck 1877 S. 95 ff.

Sabell. ed. Bas. Opera M. A. C. Sabellici. Basileae.

Schier Episc. Vind. Die Bischöfe und Erzbischöfe von Wien v. X. Schier. Graz 1777.

Schultz. Geschichte der Philosophie der Renaissance v. F. Schultze. Jena 1874.

Sinnach. Beiträge zur Geschichte der bischöfl. Kirche Säben u. Brixen v. Fr. A. Sinnacher. Brixen 1822 ff.

Staffler. Das deutsche Tirol und Vorarlberg topographisch, mit geschichtl. Bemerkungen v. J. Staffler. Innsbruck 1847 ff.

Tinkhaus. Topograph.-historisch-statistische Beschreibung der Diöcese Brixen v. G. Tinkhauser. Brixen 1855 ff.

Tiraboschi. Storia della letteratura Italiana di G. Tiraboschi. Milan. 1824.

Trithem. script. eccles. Johannis Trithemii de scriptoribus ecclesiasticis. Coloniae 1546.

Trithem. Germ. Catalogus illustrium uirorum Germaniae. Ed. princ.

Ueberweg. Grundriss der Geschichte der Philosophie der Neuzeit v. F. Ueberweg. Berlin 1875.

Ughell. Ughelli, Italia sacra. Venet. 1722.

Voigt. Die Wiederbelebung des class. Alterthums oder das erste Jahrhundert des Humanismus v. Dr. G. Voigt. Berlin 1859.

Wackernagel Kl. Schr. Kleinere Schriften von W. Wackernagel. 2. Bd. Leipzig 1873.

Wattenbach A. Wattenbachs Abh. im Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. N. F. Nürnberg 1873 ff.

Wattenbach Pal. Anleitung zur latein. Paläographie von W. Wattenbach. Leipzig 1869 ff.

Weber Tir. Das Land Tirol v. B. Weber Innsbruck 1838.

Zarnck. N. Seb. Brants Narrenschiff von F. Zarncke. Leipzig 1854.

W. Zing. Ov. Her. Untersuchungen z. Ov. Heroiden v. Wolfr. Zingerle. Innsbruck 1878.

Meos de poetis latin. libros his compendiis significaui: Ov. u. s. V. = Ovid und sein Verhältniss zu den Vorgängern und gleichzeit. Dichtern. Innsbruck 1869—71. — Spaet. l. Dicht. = Zu späteren latein. Dichtern. Beiträge zur Geschichte der röm. Poesie. Innsbruck 1873—79. — Phil. Abh. = Kleine philologische Abhandlungen Innsbruck 1871—77. — Mart. Ov. St. = Martial's Ovid-Studien Innsbruck 1877. — Script. lat. de p. ap. inf. = De scriptorum latinorum locis, qui ad poenarum apud inferos descriptionem spectant. Regim. 1877.

PROLEGOMENA.

Quum Seb. Rufius, uir multis locis laudandus ac bene meritus, haud multum ante mortem suam de Fuchsmagono dissertationem scriberet [1]) in eaque re occupatus in codicem Oenipontanum 664, qui, praeter alia, complura quoque carmina in laudem Fuchsmagoni composita continet, incidisset, et me hortatus est, ut, si quando otium esset, paullo accuratius eum librum inspicerem, et hoc desiderium suum in ipsa dissertatione omnibus philologis exposuit. [2]) Cuius desiderii ego non immemor anno superiore tandem, postquam aliis laboribus absolutis paullo plus otii nactus sum, librum examinare coepi ac statim uidi, eum maiore quadam cura et consideratione non esse indignum. Quamquam enim Rufium res in eo fefellit, quod codicem, qui tum a Leithio, uiro doctissimo, quum bibliothecae Oenipontanae praeesset, iterum e tenebris in lucem erat euocatus, antea prorsus fere fuisse ignotum credidit atque a nemine nominatum nisi a Kaltenbaeckio, [3]) certe tamen liber, ubique paucis tantum uerbis

---

[1]) Cf. Ferd. Z. 1877 p. 95—119.

[2]) L. c. p. 117.

[3]) Oest. Z. 1887 p. 74, ubi haec uerba leguntur; „Eine Handschrift aus dem 16. Jahrh. auf der Universitäts-Bibliothek zu Innsbruck enthält mehrere Gedichte an Fuchsmagen von Zeitgenossen.“

laudatus, nunquam ita omni ex parte est pertractatus, ut fructus inde ad quaedam in philologiae historia paullo melius illustranda percipi posset.[1]) Quae res satis fiet manifesta, si ea iam breuiter adiungam, quae ego de hoc codice in libris typis expressis adhuc notata inueni.

Iam uero praeter Kaltenbaeckium etiam Retzerus eius fecit mentionem, tum Kluepfelius ac nostra aetate Aschbachius in libro quam maxime laudando de uniuersitate Vindobonensi. Sed Retzerus in sua Hieronymi Balbi operum editione quinque illius poetae carminibus ex nostro codice descriptis haec tantum addidit: „Amicitiae D. Wikosch Oenipontanae bibliothecae custodis debeo quinque nunquam antea typis data epigrammata, e manuscripta sylloge latinorum carminum XV. et XVI. saeculi eruta . . . E sylloge carminum olim, ut uidetur, ad ipsum Fuxmannum pertinente saec. XV. et XVI. MS. in bibl. Oenip. sequentia 5 epigrammata amica bibliothecarii D. Wikosch opera sunt descripta.“[2])

Hic autem bibliothecae custos in legendis MS. uel non multum uersatus, uel non nimis curiosus fuisse uidetur: noto h. l., quia ea Balbi carmina, utpote iam edita, infra omittam, haud leues errores in Retzeri editione, quales e. g. sunt: carm. 220,2 p. 245 Retz.; Signet ex albenti lacteo gemma nota; Cod. F. 74 recte: Signet et albenti lactea gemma nota — 220,5 p. 246 R.: Te cedente Themis iacuit; Cod. l. c.: Te cedente chelis (chelys) iacuit — 220,13 R.: Hac quoque Pieria passum uox personat aula; Cod. l. c. recte: Haec quoque Pieria passim uox p. a. — 221,6 R.: per loco; Cod. recte: per loca — 222,5 R.: Si quis erit pictor tabula qui ducere mundos

---

[1]) De uariis simil. carminum utilitatibus cf. quae Luc. Muellerus optime dixit his uerbis: „Abgesehen von dem culturhistorischen Interesse, das sie durch die Darstellung vergangener Zeiten in Anspruch nehmen, sind sie noch von besonderer Wichtigkeit für den Philologen. Einerseits nämlich kann man aus ihnen den Zustand der grammatischen und metrischen Erudition bei den Zeitgenossen entnehmen, andererseits dient ihre Kenntniss manchmal zum richtigen Verständniss der alten Vorbilder u. s. w.“ Gesch. d. Phil. in d. N. p. 85 cf. Bursian I. B. IV,15.

[2]) Balb. Op. I, XXXVI; 245.

Noscat; Cod. bene: Si quis erit pictos *cet.* — 222,7 R.: Ulyssis; Cod. recte: Ulixis — 223,7 pag. 247 R.: stultissimus ille; Cod. F. 75: stultissimus ille est — 224,7 R.: leuesque Musas; Cod. l. c.: leuesque nugas. Sed haec iam sufficiant!

Idem Wikoschius etiam Kluepfelio Celtis carmina, quae in nostro codice leguntur, transmisit, de qua re Kluepfelius haec habet: „Plura Celtis carmina continentur in cod. ms. bibl. academ. Oenipont. a Celte dicata Ioanni Fuxmagenio, quae mecum communicauit Wikoschius bibliothec. . . . Asseruat bibliotheca acad. Oenip. ms. saeculi XV. aut XVI., in quo continentur plura poetarum carmina ad Fuxmannum. Quae Celtis sunt, uir humanissimus, illius bibl. praefectus D. Wikosch descripta manu sua ad me perferenda curauit.“ [1]) Quae Celtis carmina, quum neque a Kluepfelio [2]) neque postea, quod ego sciam, sint edita, denuo descripsi et in meum delectum recepi.

Aschbachius denique, qui in egregio suo libro supra iam laudato, prout res ferebat, de nostro codice rem breuiter tantum attingere poterat his uerbis: „Auf der Innsbrucker Universitäts - Bibliothek befindet sich ein Manuscript mit einer Anzahl Gedichte an Fuchsmagen (vgl. Klüpfel vit. Celt. II,57),“ suam codicis notitiam, ut uir doctissimus ipse significat, e Kluepfelii libro hausit. [3])

Quibus quum iam satis probasse uidear, uerum esse, quod supra dixi de codice nominato magis quam accuratius pertractato, id adiungendum restat, ipsum Rufium tam obiter librum inspexisse, ut e. g. *Francisci* quoque Bonomi carmina ibi uidisse sibi uideretur [4]) atque ea adeo eum fugerent, quae ad ipsius Fuchsmagoni uitam, quam sibi exponendam proposuerat, magis etiam illustrandam quaedam conferre poterant, uelut narratio de eius praesentia in principum concilio de eligendo rege Maximiliano Francofurti habito, de honore, quo ab Innocentio VIII. Pontif. max. est insignitus, de quibusdam legationibus

---

[1]) Vit. Celt. II, 142; 57. [2]) Ibid. II, 141.
[3]) Univ. Vindob. II, 74. [4]) Ferd. Z. p. 117.

ab eo susceptis, de ui eius eloquentiae in ciuium discordia reprimenda, quam rem historicis explicandam relinquo, et sim. [1])

Iam uero antequam ad cetera transeamus, quae de hoc codice, de carminibus ac poetis exponenda restant, de altero quoque libro, Vindobonensi Palat. 3506, hoc loco pauca subiungamus, quum hac ratione statim etiam de origine utriusque libri facilius disputandi apta quaedam praebeatur occasio. Ac Vindobonensis notitiam Aschbachii operi saepius iam celebrato debeo, ubi Pauli Amalthei mentione facta haec adnotantur: „Auf der k. k. Hofbibliothek Nr. 3506 befindet sich von ihm handschriftlich ein Epicedium in obitu Friderici Imp. ad Romanor. regem Maximilianum.“ [2]) Iam, quum id Epicedium in Oenipontano quoque inuenissem atque, utpote adhuc ineditum, publicaturus essem, et ad rem criticam factitandam, ut etiam Vindobonensis mecum communicaretur, mihi rogandum erat et simul speraui, me alia praeterea carmina ibi esse reperturum.

Nec spes me fefellit. Nam liber ille, postquam summa cum liberalitate transmissum nonnullos dies accuratius inspicere mihi licuit, similem se Oenipontano ostendit. Codex enim. chart., in forma quae dicitur quarta minor, paucis exceptis eadem Pauli Amalthei et Cimbriaci carmina, quae in Oenip. leguntur, exhibet ordine tamen ita mutato, ut hic Cimbriaci poemata praecedant (F. 1—16), haud nimis curiosa manu scripta, [3]) deinde Amalthei Epi-

---

[1]) Cf. hunc libr. infr. p. XXXII; 52; 114. Neque ea omnia, quae in libris typis expressis de Fuchsmag. leguntur, uiro docto nota fuisse uidentur, ut excerpta illa ex actis academ. Friburg. apud Kluepfel II, 57 uel litterae a Fuchsmag. ad Reuchlin. missae cf. Geiger. Reuchl. B. W. p. 36 et sim.

[2]) Univ. Vindob. II, 50.

[3]) Ordo carminum Cimbriaci hic est: Caesar honorati *cet.* (infr. p. 45), Caesar ut auscultes (infr. p. 46), Ut me non terrent, Astra deo, Si non uis calamos (infr. p. 47) F. 1. — Asteridos carmen pleno iam *cet.* (infr. p. 49) F. 2—11. — Antoni Venetae decus Camenae (Oen. F. 41) F, 11². — Et tu Castalidum (infr. p. 59), Marquarde Aonidum (infr. p. 64), Aduocat Augustus (infr.

cedium illud in obitu Friderici cum carmine ad Fuchsmagon. „Si ludo“ *cet.* [1]) sequatur (F. 17—33) ab alio librario satis eleganter exaratum. Addita autem est in fine haec subscriptio: „Johannis Cuspiniani poetae sum. — Liber est Reuerendiss. patris et dñi doct. Joannis Fabri E i Vienn. propriis pecuniis emtus et post mortem ipsius in bibliotheca collegii sui D. N. ad usum inhabitantium stud. et studiosorum iuxta suam ordinationem collocandus. Act. X. Jan. anno a. chr. n. MDXL. Ex singulari mandato . . . ipsius Rev. Episc.: Venceslaus Cedlitzer.“

Liber igitur Cuspiniani fuerat, Fuchsmagoni amici, et deinde in Joannis Fabri, Episcopi Vindobon., bibliothecam peruenit, qui eum ante mortem suam, una cum multis aliis libris, collegio apud S. Nicolaum donauit, unde postea in bibliothecam Palat. cum aliis sine dubio est translatus, de qua re cf. Schierium, qui similem donationis formulam libro S. Chrysostomi de sacerdotio inscriptam memoriae tradidit. [2]) Iam uero, quum ipsum Cuspinianum, cuius nomen in subscriptione primo loco legimus, libros quosdam a Fuchsmag. accepisse sciamus [3]) atque hic codex ex maximo Cimbriaci carminum numero [4])

---

p. 65) F. 12. — Do quod carmina (infr. p. 61), Victor ad Eleos (infr. p. 62), Haec quicunque uides (Oen. F. 43) F. 13. — Haec quae Phlegr. (Oen. F. 43²), Haec quantum excedit (infr. pag. 63), Vos sparsi cineres (Oen. F. 45²), Non ferrum mortemque (Oen. F. 46), Quid mihi uesani (deest in Oen.) F. 14. — Reliqua ut in Oenip.

[1]) Cf. infra p. 39.

[2]) Episcop. Vindob. p. 46. Formulam illam simillimam ex parte adpono: „Emtus est ille liber per nos Doctorem Ioannem Fabrum, Episc. Wien . . . et quidem non ea pecunia, quae ex prouentibus Episcopatus prouenit, sed ea, quam ex honestissimis nostris laboribus aliunde accepimus . . . Donamus igitur (librum) Collegio nostro apud S. Nicolaum ordinamusque, ut ibi in perpetuum usui sit iuxta praescripta nostra. Act. Vienn. I. die Sept. A. S. 1540.

[3]) Cf. Ruf. Ferd. Z. l. c. p. 116; Kaltenbaeck. Oest. Z. l. c. p. 74.

[4]) Cf. Liruti Not. p. 389: „sorpassano quelle, che io ho, quattromila versi senza l'Asteride: sebbene poche io le giudico rispetto alle moltissime, che io credo esser ancora nascoste.“ cf. 391.

eadem fere contineat, quae etiam in Oenipontano occurrunt, ex his rebus forsitan aliquis concludere possit, Vindobonensem quoque antea ex Fuchsmagoni libris fuisse, qui haec ipsa carmina aliis additis in syllogam maiorem, quam codex Oenipont. praebet, recipienda curauerit. Sed, quominus ea poemata uia directa, ut aiunt, ex Vindobonensi in Oenipontanum esse translata statuamus, quum ordine aliquanto diuerso, [1]) tum scripturae, etsi non nimia, tamen quadam discrepantia [2]) prohibemur potiusque crediderim, minorem codicis Vindobonensis syllogam ex schedis a Cuspiniano adseruatis simili modo ortam esse, quo Oenipontani maiorem ex chartis a poetis Fuchsmagono dedicatis conscriptam putamus. Quae nostra de libri Vindobonensis origine opinio eo magis etiam ueri similis fieri uidetur, quod Cuspinianus Pauli Amalthei, cuius carmina una cum Cimbriaci, eius amici natu maioris, carminibus hic leguntur, discipulus fuisse dicitur, [3]) de quibus rebus infra pauca erunt adiungenda.

De Oenipontano autem codice uix dubitandum uidetur, quin prior saltem ac maior pars F. 1—141 (eadem manu, initio satis diligenter, in fine paullo neglegentius ac pluribus abbreuiationibus, ut dicunt, adhibitis scripta) ita orta sit, ut singulorum poetarum carmina Fuchsmagono in schedis transmissa ipsius iussu in unum corpus collecta sint. Quam profecto libri originem etiam errores quidam atque ii loci, ubi ordo est turbatus, prodere uidentur; nam si e. g. Petri Bonomi carmina ita in codice diuisa sunt, ut eorum pars F. 49—57, pars F. 124—136 (atque haec posterior propria inscriptione „Epigrammaton libellus“ addita) legatur, apparet fere, librarium duos Bonomi libellos separatos ante oculos habuisse, quos ita descripsit, ut ei in manus uenerunt. Similia de Pauli Amalthei carminibus in principio et in

---

[1]) Cf. supra p. XVII.

[2]) Cod. Vindobonensis interdum Italorum librariorum uestigia satis aperte prodere uidetur, si e. g. totiens „mangus“ ibi legitur pro „magnus“ et sim. cf. infra appar. crit.

[3]) Kluepfel. Vit. Celt. I, 183.

fine positis sunt dicenda. De reliquis uero fatis huius libri Oenip., qui magno numero carminum ipsi Fuchsmagono dedicatorum ea, quae de origine diximus, magis etiam confirmat, ac quo modo in nostram bibliothecam acad. peruenerit, nihil habere possum comperti, quum codex et titulo et qualibet subscriptione priuatus nostroque saeculo recenti tegumento sit opertus; sed eum post Fuchsmagoni mortem aut fratri eius Leopoldo, Halae uitam degenti, aut Imperatori Maximiliano traditum esse, ueri simile est. [1])

Atque hoc loco, quoniam in nonnullis carminibus edendis me duobus libris manuscriptis uti potuisse dixi, maxime iam erit idoneum, de rationibus breuissime exponere, quas in re critica factitanda eligendisque carminibus secutus sim. In tali igitur editione, ubi praesto erant duo codices eiusdem aetatis, quorum uterque ab interpolationibus liber, uterque tamen haud raro et quidem locis interdum diuersis inquinatus est apertis mendis, librariorum incuria ortis, non alterutrum ubique pro fundamento operis haberi potuisse, uix est quod moneam. Itaque quum duo libri manuscripti nihilominus eidem quodam modo familiae essent adnumerandi ac pariter respiciendi, uera lectio ex eo semper erat promenda, in quo erat seruata, aut, si nusquam inueniebatur, emendatione restituenda uel coniectura ad Ms. litterarum apices, in apparatu crit. semper notatos, quam proxime accedente; quarum numerum non ita paruum esse, facile quisque uidebit.

Sed interdum etiam in his carminibus illud Hauptii ualet: „man schwankt, ob man ihnen zu viel oder zu wenig zutraue“ [2]) itaque eos locos, ubi sensus erat manifestus omnibus uocabulis in Ms. optime expressis ac metrum solum claudicabat aut quaedam insolentia uerborum occurrebat similisue generis res, quae ab his poetis non prorsus aliena uidebatur, intactos reliqui ac uel asterisco

---

[1]) Cf. Ruf. l. c. p. 115.

[2]) Cf. Saechs. G. d. W. 1846 p. 210.

addito eram contentus uel parua obseruatione appar. critico inserta.[1]) Minus etiam in inscriptionibus codic. formam commutandam putaui itaque e. g. „tetrastrophos“ illud in odarum titulis, ubi „tetrastichos“ expectas, non correxi, quum is error omnibus fere illius aetatis poetis communis fuisse uideatur.[2]) Nonnulla de hac re, quae prius omittenda putaueram, inuenies etiam in addendis.

Orthographiam deinde, a qua hi codices etiam tum saepe non minus fere aberrabant, praecipue in nominibus propriis scribendis, quam medii aeui libri,[3]) ubique in textu restitui, ubi grauis error agebatur, ita tamen, ut in apparatu crit. uariam codicis lectionem in similibus quoque rebus notarem; quo notandi labore ibi tantum supersedendum putaui, ubi in Ms. litterae ae, ę et e con-, fundebantur, quod saepissime accidit, uel ubi idem error in eodem carmine saepius repetebatur. Eas autem res, quae, quamuis minus sint usitatae, tamen quibusdam ueterum exemplis excusantur ac quae uiris doctis, qui rebus orthographicis diuersorum temporum ratione habita student, accuratiorem quandam nostrorum codicum imaginem subministrare possint, non mutaui. Interpungendi porro rationem, quae in Ms. saepissime aut prorsus est neglecta aut librariorum incuria mendosissima, ubique ad ueras normas reuocare conatus sum. Quae de his rebus dixi, de toto libro ualere ac de ea quoque parte, ubi unus tantum codex praesto erat, satis patet.

Textui igitur sic restituto atque apparatui critico, quem dicunt, auctores addidi, siue ueterum scriptorum locos, qui his poetis in singulis carminibus pangendis uel certe obuersati sunt uel obuersati esse uidentur. De cuius rei utilitate disserere superfluum fere puto; certe hoc modo iis, quae postea de singulorum poetarum studiis breuiter dicenda sunt, maior fides erit; itaque nonnulla

---

[1]) Cf. e. g. infra p. 13; 30; 138 et sim.

[2]) Cf. Zarnck. B. N. p. 180.

[3]) De simili eius etiam aetatis librariorum incuria e. g. in Politiani operibus describendis cf. Meiners. II, 125.

huius generis etiam illis uiris doctis haud prorsus sint ingrata, qui de ueterum carminum latinorum fatis et historia dicunt ut Schneidewinus quondam de Martialis auctoritate apud poetas, qui litterarum renascentium aetate uiuebant, quaedam incohauit, [1]) nunc autem M. Hertzium, uirum clarissimum, accuratissimam suam carminum Horatianorum historiam usque ad ea quoque tempora prosecuturum esse speramus. [2]) Id tantum addo, me hoc loco non solum integros uersus notasse, sed interdum, ubi nostrae rei prodesse uidebatur, etiam rerum quarundam metricarum, formularum ac proprietatum in uerbis collocandis auctores indicasse, meis libris de poetis latinis breuiter nominatis, quum talia saepe de eorum temporum studiis poeticis dicenti non minus fere sint utilia. Ac quamuis similes indices uix unquam omni ex parte absoluti esse possint, id quod etiam optimae ueterum scriptorum editiones nostra aetate tali apparatu instructae satis demonstrant, [3]) et non omnia in eis eiusdem sint momenti, tamen in tanta poetarum copia id me praestitisse ac tot tam certa exempla adtulisse confido, ut de exemplaribus, quae sibi quisque praecipue imitanda proposuerit, uix dubium quoddam restet.

Quibus expositis de carminum delectu pauca sunt adiungenda. Ac primo quidem in animo erat, omnia nostr. cod. carmina adhuc inedita typis describenda curare: sed quum in multis totiens easdem res iisdem fere uerbis repetitas inuenissem atque in nonnullis, praesertim minus notorum quorundam poetarum, ipsos etiam uersus interdum tam duros ac rusticos, ut uix ullus ex iis fructus, uix ulla delectatio capi posset, fastidium illud timens legentium, de quo Burckhardtus loquitur, [4]) ea eligere constitui, quae forma uel materia tractata maxime idonea

---

[1]) Mart. ed. mai. Proleg. p. X.

[2]) Analecta p. 1 sqq.

[3]) Cf. Spaet. l. Dicht. I, praef. p. IX; II, praef. p. VI; Huemer Sed. p. 102.

[4]) Cult. d. R. I, 302.

uiderentur ad illa assequenda, quae huic libro sunt proposita. Ineditorum autem ita quoque diligenter ratio est habita ideoque omnia carmina omisi, quae iam ab aliis publicata scirem, ut Balbi, de quorum editione Retzeriana satis mendosa supra dixi,[1]) ut Pisonis plurima, quum nunc etiam ueteri illius editioni supplendae alium uirum doctum operam dare audiuissem,[2]) ut Branti nonnulla, quae iam in editione anni 1498 et ex parte nunc apud Zarnckium quoque inueniuntur.[3]) Iam uero quia Branti siue Titionis, quo nomine latino tum a uiris doctis etiam appellabatur,[4]) hoc loco iam mentionem feci, id quoque statim adiungo, inter ea carmina, quae recepi et quae utpote iam nota omisi, in cod. Oenip. alia quaedam extare nomine scriptoris non addito, de quibus ea ualent, quae supra de omittendis in hoc libro dixi. Ita enim inculti uersus res notas exponunt, ut, quamuis Branti in carminibus latinis non nimiam elegantiam cognoueris,[5]) tamen de eo auctore dubitare possis, nisi eum in codice locum occupent ac formae excusatio praecedat. Quos igitur alio loco magis apto edere constitui.

Multum etiam in recipiendo Cimbriaci carmine, quod Encomiasticon inscribitur, et in paucis uersibus praecedentibus haesi; initio enim, quum editionis a. 1504[6]) haud essem ignarus eamque apud Freher. a. 1624 repetitam scirem, de eo quoque carmine, quod et Vindob. et Oenip. praebet, prorsus omittendo cogitaui ideoque Vin-

---

[1]) Cf. supra p. XV.

[2]) De edit. rara a. 1554 cf. Denis. W. B. p. 511; carmen illud breue, quod mihi ex cod. iam ob nostros poetas ibi nominatos recipiendum erat, editioni haud inesse uidetur, quum Denis., qui p. 512 alios uiros in Pisonis carminibus celebratos enumerat, Fuchsmag. non faciat mentionem. Scripsi de hac quoque re, ut certa esset, ad amicum Vindob., sed editio nunc quidem inueniri non potuit.

[3]) B. N. p. 186 sq.

[4]) Trithem. Script. eccles. p. 385 cf. Zarnck. B. N. p. 195.

[5]) Cf. etiam Goedek. B. N. p. XX.

[6]) Cf. de ea edit. Panzer. VIII, 265; 371. Brun. II, 415 Graess. Tr. II, 187 (trés rare).

dobonensem, qui mature esset remittendus, hic ex parte tantum contuli, donec scirem, textum eundem fere esse, ut in Oenipontano. Sed postquam edit. accuratius inspexi easque a nostr. cod. textu ualde discrepare intellexi ac praeterea Liruti deinde libro accepto ex nonnullis uersibus ibi ex alio codice adlatis comperi, eum tertiam fere textus recensionem, quam dicunt, ante oculos habuisse, nonnullas saltem carminis partes ex nostr. quoque cod. edere decreui atque eas quidem, quae et rerum expositarum pondere et formae maiore quadam elegantia conspicuae illam etiam textus discrepantiam optime monstrare ac uariis lectionibus infra additis forsitan haud ingratum philologis exemplum proponere possent, quotiens ac quo modo illis temporibus carmina, quae digna uiderentur, essent retractata [1]). Ac quum in nostr. cod. prima certe lineamenta illius carminis extent, in quibus de Fuchsmagono mentio inserta [2]) iis quoque fauet, quae supra de libri Oenipontani origine diximus [3]), in editionum autem textu iam plurima sint amplificata et mutata, Liruti codex, si quid ex paucis illis uersibus concludere licet, in nonnullis nostr. cod. similior tamen et ipse uariis rebus auctus uidetur.

Cetera autem carmina, quae recepi, adhuc uiris doctis prorsus ignota fuisse confido. Quamquam enim summam, ut par erat, in his rebus inuestigandis curam adhibui (labor sane haud ubique nimis facilis, quum multa huius generis sint rarissima), nusquam ea in libris typis expressis inuenire potui [4]). De Cimbriaci reliquis quibusdam carminibus ineditis, quorum Lirut. inscriptiones

---

[1]) Cf. quae infr. dixi p. 49. [2]) Infr. p. 52. [3]) Supr. p. XIX.

[4]) Me in ea re etiam repertoria, quae dicunt, et annal. typograph. et bibliograph. huc pertinentes (ut Panzer. Hain. Denis. Brun. Bullet. du biblioph. Graess. Trésor.) consuluisse, uix est quod dicam; sed labor eo interdum fit difficilior., quod nonnullorum poetarum carmina minora, aliorum operibus adiuncta, ibi non semper commemorantur. Paul. Amalth. et Cimbr. huius rei mihi praebebant exempla.

tantum significat, infra textui nonnulla praeponam [1]). Sed etiam de Petro Bonomo, inter cuius scripta Trithemius libros epigrammaton nominat [2]), quum uix mihi persuadere possem, nihil ex his eius libellis typis esse mandatum, non prius acquieui, quam in Mazzuchelli libro haec uerba legissem: „Afferma il Trithem., che nella poesia latina ebbe molta facilità e compose . . fra le altre alcuni libri d'Epigrammi . . . ma non sa esso Trithem. alcun cenno, se sieno alla stampa nè dove esistano a penna;“ [3]) quae sane maiorem fiduciam addere poterant, quam omnium aliorum uirorum doctorum, qui carminum quoque Bonomi mentionem faciunt, silentium de loco, ubi ea ipsa inueniri possint! Nos igitur hunc locum repperimus. Nec minus de Pauli Amalthei ineditis aliquamdiu dubitaui; quamuis enim de epicedio illo in obitu Frid. Imp., quod supra iam commemoraui, [4]) adhuc inedito testis fidissimus mihi esset Aschbachius, uir doc-

---

[1]) Infr. p. 59 sqq. Edita Cimbr., ut de iis quoque quaedam h. l. dicam, paucissima sane adhuc exsistebant; plerisque enim uiris doctis praeter illas Encom. editiones nihil nisi Epicedion in Frid. (Vienn. 1514 cf. Denis. Garell. pag. 254 Aschb. Univ. Vind. II, 360. Delit poet. germ. I, 162), quod infr. ad Paul. Amalthei Epicedium in ob. Frid. melius illustrandum paucis commemorabimus, notum erat. Denisius (Garell p. 148) praeterea „epos hendecasill. in Petri Haedi Anterotica“ nominat rarae illi editioni adiunctum, de quo etiam. Lirut. (p. 389). Ipse Lirut. nonnullos quoque uersus in laudem Plinii editioni Venet. 1513 additos carmenque paruum in principio libri contra Auerroistas Antonii Trombettae (Ven. 1497) positum laudat ac nonnulla Cimbriaci inter Sabellici carmina errore quodam esse recepta affirmat (p. 391). Quae edita a nostr. cod. sunt aliena. Asteridos carminis, quod Cimbr. ipse in principio Encom. laudat (infr. p. 49 et Indic. s. v.) nec Lirut. in suis mss. neque ego inueni uestigia. Forsitan cum aliis quibusdam Romae inueniatur apud S. Saluat. in Later., ubi carmina quaedam Cimbriaci esse adseruata dicuntur? (Montf. et Adel. I, 262.)

[2]) Script. eccles. p. 385. Repertoria nihil de his habent, sed solum carmen in nupt. Maxim. commemorant. Kluepfel. I, 35 complurium uatum carmina ad Blas. Hoeltzel. a. P. Bonom. edita adiungit (Aug. Vind. 1518), de quibus infra.

[3]) Script. Ital. II, 3, 1684.

[4]) Cf. supra p. XVII.

tissimus,[1]) tamen, quum ex carminibus eius minoribus quaedam aliorum scriptis, uelut Bartolini Austriados libris, adiuncta scirem, cautione opus erat. Verum eorum, quae ego ex cod. exscripsi, nusquam alibi inueni uestigia.[2])

Sed haec quidem hactenus; transeo iam, ut unusquisque Oenipontani quoque codicis accuratissimam habeat notitiam, ad omnia eius carmina singulatim eo ordine, quo in codice leguntur, additisque foliorum Ms. numeris enumeranda, ita tamen, ut inscriptiones eorum, quae in delectum nostrum recepi, h. l. paucis tantum litteris significentur, huius libri paginis, ubi pleni ac perfecti tituli inueniuntur, adiunctis, ac de iis, quae non recepi, nonnulla, ubi res postulare uidetur, exponantur: Ad Fuxmagum Pauli Amalthei carmen. De aduentu Caes. Fed. III. De quinque uocalibus, quae ascribuntur aquilae Caes. (F. 1—4, p. 1—8.) De coruo Caes. 1—3. De cane Jo. Bol. Ad G. Graecilum (F. 5. p. 8—10). De Partheno-paea Fontana uirgine nostrae aetatis pulcherr. pudicissq.

---

[1]) Iapr. p. 39 sqq. Edita (Imbr., ut de iis quoque quaedam b. l. dicam, paucissima sane adhuc exstant) Lipsiae, Vindob. II, 50. Ita in Bartolini editione a. 1516 quam Wolframus, fratris filius, proxime in bibl. Vindobon. Palatina inspexit, post Ro. de bello Nesiot. Austriados libros haec Pauli Amalthei carmina sequuntur: C. Pau. Amaltha. carmen in Austriadem Bart. Bartholini Perusini Eiusdem ad Riccardum poetam elegantissimum denique hoc quod quum Imbriaci carmina a nobis infra (pag. 59) ex nostri ed. publicato, simillimum ad horum poetarum studia comparanda non sit inutile, ex editione illa rarissima h. l. exscribo:

Nostra nec immerito iactantur tempora, Caesar,
Cum tot hominetur natibus ingenuis.
Ut, quoniam tantum bacchantur bella per orbem,
Sint qui facta ducum, quique tua gesta cohant.
Qui tamen hos inter diuino concitus ostro
Nescio quid maius conderet Iliade,
Riccardus fuerit, Trasimeni natus ad undas,
Qui canit heroo Nosica bella pede.
Cui si, quae praestas, seruauerit aetas, Caesar,
Reddunt, dicta, tempora Vergilii.

Carmina P. Amalthei ad Imbriacum apud Lirutum inuenis p. 490. Praeterea in Miscellan. uet. opp. Venet. 1741. V, 527 legitur carmen eius ad Raymundum Peraudi antistitem Gurdensem. cf. Mazzuch. I, 1, 573.

[1]) Cf. supra p. XVII.

[2]) Scripsi. cf. supra in hac pag. 18 sq. Cum Caesar, quae praestas, seruauerit aetas, Reddunt, dicta, tempora Vergilii.

De quinque litteris aquilae bicipiti ascriptis. (F. 6.) Ad Bernardum scribam Caes. (F. 6² p. 11.) Ad Helechrem Amalthei carmen de ludo Troiano (F. 7—10 p. 11—17). C. Pau. Amalthei Epicedium in obitu Foede. (F. 11—21 p. 17—39) Epitaphium. Ad Fuxmag. P. Amalth. Epigramma (F. 22 p. 39) P. Amalth. carm. lyr. in Maxim. laud. Ad Fuxmag. P. Am. ode (F. 23—26 p. 40—45) Cimbriaci Eucticon ad Caes.; Cimbr. Tetrastichon ad Caes.; Aquila D. Maxi.; Cimbr. Distichon de Deo et Caes.; Cimbr. Protrepticon ad libell. (F. 26²—28 p. 46—48) Cimbr. Encomiasticon ad Frid. et Maxi. (F. 28—40 p. 49—58) Cimbriaci poetae Hendecasillabi ad Anth. Bol. equitem aureatum (carmen haud elegans ac mera excusatio „esurientis poetae", sed fortasse nihilominus idem, de quo Lirut. p. 391 loquitur? De Antonio Boldu Venetorum legato apud Imp. Max. infr. dicemus. F. 41) Cimbr. Elegid. ad Fuxmaggum. Cimbr. Apolog. ad Bernh. Perg.; Cimbr. Eucharisticon ad Frid. Caes. (F. 41²—43 p. 59—62) Cimbriaci poetae Ecphrasticon in spectrum statuae Dd. Caes. armati (hoc carmen sine dubio etiam Lirut. in suis MSS. legebat, qui inter alias carminum inscriptiones hanc quoque commemorat l. c.: „Ecphrasticon in statuam equestrem diui Caesaris armati", insunt eaedem Friderici Imp. laudes, quas alibi pulcrius celebratas legimus) Cimbriaci poetae Tetrastichon cur aquila in uexillo Caes. (F. 43²) Cimbr. Syncriticon de Maxim. Reg.; Cimbr. Hendecasillabi ad Marquardum. Cimbr. poeta, (F. 44 p. 63—64) Cimbr. poetae carmen in discipulum suum, qui eum Imbriacum nominabat (F. 44²) Cimbr. carm. in maledicum. Ad B. Perger Cimbr. (F. 45 p. 64—65) Lucretia ad Dominicum coniugem infelicem. Lucretia. Ad summum Pontificem Dominicus de Viterbio speculum fortunae uitae. Uniuerso populo. Dominicus de Viterbio. Dominicus de Viterbio ad Inno. VIII. summum pontificem (F. 46—48; haec eadem post Cimbr. carmina etiam in cod. Vindob. leguntur F. 15—16; uersus quamuis quaedam Ouidianae imitationis uestigia interdum inuenire uideantur, haud nimis exculti ac uerbis magis

quam rerum expositione abundantes ueniam petunt Dominici illius Viterbiensis crimini, de quo clarius nunc Reumontius exposuit; [1]) cf. infr. Indic. s. v.) Carmen P. Bonom. in uiolatam Bohem. regis fidem. Ep. Waradinus. De eodem. [2]) Ad Taberitas Petr. Bonom. Idem ad effigiem Clausii. Westvalius ad Claus effig. Responsio Clausii (F. 48² — 51 p. 66 — 70) [3]) Ad diuam Virg. De diuo Hieron. De sportula a Caes. sublata. Ad Fuchsmag. Petr. Bonom. (F. 51² — 52 p. 71 — 72) Interrogatio P. Coruini ad Zotulum canem. Responsio Zotuli ad Coruinum. (F. 52² — 53²) Carmen P. Bonom. ad P. Amalth. Epitaphium Nicolai magn. Alterum. Imago Nicol. ad populum. [4]) Querela urb. Romae ad Max. Caes. (F. 53² — 55² p. 73 — 76) [5]) Diui Maximiliani Romanorum Regis inuictiss. uarius temporum cursus. De ludis diui Maximiliani Caes. ad spectatorem (F. 55² — 56) Ad Fuchsmag. P. Bonom. (56² p. 76) F. Nigri ad Fuxman. ode. Nigri in Viennensium senatum ode. In Archiducis Austr. statuam Nigri Epigramma (F. 57 — 61 p. 89 — 96) Eiusdem F. Nigri Doctoris in eandem principis statuam octostich. hexam. Eiusdem F. Nigri in eand. p. stat. hexastichum elegon, (Eadem semper similibus uerbis repetuntur F. 61) [6]). De d. Frid. Caes. Pet. Bonom. (F. 62 p. 86) Ad d. Caes. Feder. Ludouici Pontici carm. Jo. Aurispa Roman. (F. 63 p. 96 — 97) Imperatori Caesari Nardinus Maniacheus S D. P. (laudat Imperatorem ob pacis amorem F. 64) Ad sacratissimam Imperatoris maiestatem Nicolai Granzie

---

[1]) Hist. urb. Rom. III, 1, 196.

[2]) De re cf. Fugger E. 1024 sq. Raynald. XI, 174. Lichn. VIII, 149 sq. Fessl.-Klein III, 222 et Indic. s. v. Ladisl. et Warad.

[3]) De eodem B. Nicolao de Flue etiam Celtem carmen scripsisse, infr. in fin. Proleg. dicemus; cf. Kluepf. I, 154.

[4]) De hoc Nicolao gigante cf. Indic. s. v.

[5]) De rebus anni 1495, de Gallis Italiam inuadentibus, Romam populatione uexantibus, de Maxim. rege in auxilium uocato cf. e. g. Raynald. XI, 250 Gregorov. VII, 371. Reum H. urb. Rom. III, 1, 218.

[6]) De his carminibus in Proleg. statim quaedam adiungemus.

carmen (F. 65) Poet. dignitatis petitio. Jo. Ev. Lanzalot. Fed. Imp.; Joanni Fusmagen P. Delius Volscus (F. 66 p. 98 — 99) Ad magnificum D. Ladislaum S. C. M. Cubicularium dign. P. Delius Volscus (Post Ladislai, litterarum cultoris et protectoris, laudes sequitur v. 13 haec exhortatio: „Quare posthabita, iam quaeso, uiuere Bindach Arce uelis claros inter et ingenuos. Nil iuuat in siluis et opaca ualle sedere, Si procul est ipsis laeta caterua locis.“ F. 67) Ad G. Hoellechrem Epigramma G. Posthumi. Comes Hieron. [1]) (F. 67[2]—69[2] p. 99—102) De bello Gallorum (Gallorum Latium inuadentium saeuitia descripta Romanorum ignauia uituperatur v. 23 „Et Capitolinas Gallus populabitur arces Coget et imperium sub iuga saeua tuum. Et merito, quia non patrios imitata triumphos Muneribus Bacchi semisepulta iaces! v. 33 Roma cades, Romae nec te sub nomine tutam Esse puta, inuictos quod (quot MS.) tulit illa uiros;“ F. 69[2]—70) Generoso Joanni Fustmagio diui Frideri. Augusti Consil. de sacerdotibus nostri temporis Caesar Laudeñ (Versibus plerumque satis duris de auaritia quorundam illius aetatis sacerdotum ea exponuntur, quae ex historicorum libris nota sunt. [2]) v. 33 „Non posthac Christo, sed nummo ponitur ara, Haec est ipsa noui maxima cura dei. Spes ubi iucundi confestim est aeris adempta: Ut cessant cantus, ut loca moesta silent! . . . Praeferri nummum sic tibi, Christe, licet!“ F. 70[2]. Sequitur F. 71 carmen sine inscriptione, Archiducissae [sine dubio Sigismundi uxoris cf. carm., quod sequitur] uenandi studium celebrans: „Desinite, antiqui, priscam celebrare Dianam: Nostra deam superat Archiducissa quidem. Cynthia, confiteor, seruis comitata pudicis Errabat capiens, ipsa pudica, feras: Nostra uiro Archiduci summo coniuncta marito, Coniuge uenatur associata suo“) Apollinis oraculum ad laudem

---

[1]) Carmen mortem describit illius sine dubio Hieronymi, qui „Girolamo Riario“ dicebatur; cf. Reumont. Lor. d. Med. II, 366 Moron. V, 443 et infr. Indic. s. v. Hieron.

[2]) Cf. e. g. Janssen. hist. pop. Germ. I, 593 sqq. De sim. carm. saec. XII. Wattenbach A. 1873 p. 102.

connubii Archid. Sigismundi.[1]) Ad D. Mag. Odoricum Trident. praepos. Jo. Jac. a Cruce de Mutina (F. 71[2] — 73 p. 103—104) Ad magnific. et excellentiss. I. U. interpretem D. Fuscomanum et pro serenissimo ac christian. Romanorum Caesare praesidem nostri saeculi Moecenatem (sic) unicum mihi patronum Julius Antonius Cheregonius (Solitae Fuchsmagoni laudes hic finiuntur his uersibus: „In te uno posui, si qua est spes ulla salutis; Quo seruare potes, perdere fulmen habes!“) Ad Nympham undarum gratiarum actio ex reuersione incolumi magnuiri Jo. Fuxmanii regii senatoris (F. 73) Magnifico doctori Jo. Fuxmanno regio senatori Hieron. Balbus. Reuerendiss. Dom. Jo. Vesprimi et Vienn. Episc.[2]) sapientissimo H. B.; Hieron. Balbus. Hie. Balbus Jo. Fuxmanio senatori reg. Hie. Balbus Jo. Fuxmanio reg. senatori (cf. supra p. XV. Retzer I, 245—247. F. 74—76). In Alexandrum Sextum Pontificem (maior carminis pars continet dogmatum christ. enumerationem uersibus latin. expressam F. 76—77) Faticinium (sic! Exscribo hoc loco carmen mirum, quod potius similium medii aeui rerum admonet, nullis litteris mutatis: „Gallorum leuitas Germanos fustificabit Italiae grauitas Gallo confuso uacabit Annis millenis quadringentis et sexagenis Et Decem ternarie consurget aquila grandis Gallis succumbet et eius uictricia arma Mundus adorabit: uix erit presidio digna Constantini et equi de marmore facti Et lapis erectus et plurima palatia cadent: Papa morietur, Caesar regnabit ubique, Sub quo tanta uana cessabit gloria cleri. Dux tamen illustris complebit gaudia uitae, Tempore quo Venus obumbrabit cornua Martis“ F. 78) Carmen de Barbara puella (sed deest titulus) Exhortatio ad eandem. De eadem. Ad Lectorem (F. 78[2]) Engelardi ad Sigismund. uersiculi. Engelardi eleg. in obitu matris. Pompilii Tetrastichon in uersus Engelhardi.

---

[1]) De Catharina Sax. altera Sigism. uxore anno 1484 ducta cf. Fugger E. 324. Egger. Hist. Tir. I, 605.

[2]) De hoc episcopo Vesprim., Joanne Vitez cf. Fugger E. 1027. Schier. Episc. Vind. p. 28. Lichn. VIII, 152. Aschbach. Univ. II, 74. Retzer etiam hic ne titulum quidem recte descripsit.

Engelhardi ad lectores Italos Epigr.; H. ad V. puellam Epist. Ad S. T.; Engelhard. ad Innoc. VIII. Elegia. Engelh. ad Georg. sodal. uers. (F. 79—86 p. 104—114) Epitaphium W. Zenger (F. 87) Laudatorium Jo. Fuchsmag., quem Innocent. VIII. doctoratus dignitate insignuit. Ad Sigismundum (F. 87²—88 p. 114—115) Imper. Frid. Epitaphium ex Elegis Reuchlin (F. 89 p. 116) Marmor sepulcrale Caesaris diui Friderici sic ait (F. 89²) Celtis carm. ad Fussemanum. Idem ad Fusem. de castore sibi misso. De eodem. Ad Fusem. de duobus capis. Piscis hyans ad Pannonem spectatorem. Piscis alatus pendens in aere (F. 90²—92 p. 117—119) Episodion Cuspiniani ad Fuchsmann. Ulsenn medici carmen. H. Eutlcus Fusimanno (F. 92²—94 p. 119—121) In detractorem. Roma suo Maximiliano Romanorum regi quem in Hungariam reuocat (F. 94) Quidam adolescens in Polonum qui in Roman. regem scrips. (F. 95 p. 122) Epitaphium Mathiae regis Hungariae. Dum Alba regalis caperetur.[1]) Idem. Epitaphium. Epitaphium (nominatur postea in uers. 3. Joannes, scriba ducis, Biser; F. 95²—97) Ad Sigism. Fenizer. In ara diui Leopoldi (F. 97² p. 123)[2]) Ad Maxim. reg. S. Brant. Epitaph. Annae inus.; Aliud de eadem.[3]) Captatio beneuolentiae (F. 98—99 p. 123—125) In status totius uniuersi. Responsio regis Maximiani. Excitatio militiae et omnis populi ad arma. Epitaphium Juliani Anthoni Romani. Epitaphium. (F. 99—102) De fulgetra anni XCII Sebastiani Brant. Ad D. Maximilianum Romanor. regem auspicii falconum prope Thann in comitatu Phirretarum de mense Junii anno 1495 uisorum explanatio Seb. Brant. Ad sacrosancti Romani imperii inuictiss. regem Maximilianum de portentifico sue in Suurgaudia Kalendis Martis anno etc. XCVI coniecturalis

---

[1]) Cf. Licin. VIII, 132. Pessl.-Klein III, 235.

[2]) De Leopoldo Marchione cum in sanctorum numerum relato atque a poetis celebrato (1485) cf. Aschbach. Univ. Wind. II, 29.

[3]) Num fortasse eadem, quae illa Anna de Endingen, de cuius morbo Brantius scripsit? cf. Zarncke. N. p. 191.

explanatio S. Brant. Ad diuum Maximil. Romanor. regem inuictiss. de insigni cerua illustrissimae suae maiestati donata: Anno Dñi MCCCCXCVI Elegia S. Brant. Ad Illustriss. Serenissimumque Roman. regem. Maximilianum de spectaculo conflictuque uulpium alopekiomachia Seb. Brant. (F. 103—113; ordinem eorum carminum in edit. 1498 apud Zarnck. p. 186 sq. enumeratum inuenis [1]) Epitaphium Mathiae regis Hung.; C. P. Amalthei carmen. Epitaphium Imperatoris (Idem ut supra F. 22 p. 39) Ad magnific. D. Joann. Fusemannum oratorem ac senatorem regium Vincentii Longini carmen (Praeter alias Fuchsmagoni laudes, quae ubique occurrunt, in hoc carmine nonnulli uersus eius legationes praecipue commemorant: v. 7 „Orator fueras Friderici ut Caesaris olim, Maxime sic nunc est Emiliane tuus. Qui posito fuco uerborum mente serena Pontifici Xysto talia uerba dedit: Nos mundi dominus Romanam misit in urbem [Orbem MS.], Ut legem summo seruet utramque Joui. De ducibus taceo: reges cum saepe potentes In uariis docto mulseris ore plagis. Sic tua Pannonio placuit facundia regi cet. F. 114)[2]) Johannis Math. Tiberini ad princip. Sigismund. de bello strage et obitu Caroli Burg. ducis (F. 115[2]—123 p. 125—139) Ad Jo. Fuchsmagonum Petr. Bonomi libellus Epigrammaton. In festo concept. Mariae uirg.; De Natali d. Mariae. Ad imag. diui Hieron. (idem carm. ut supra F. 51[2]) Oratio pro Maxim. Caes. (F. 124—125 p. 77—78) De casu Alexandri Sexti Pontificis maximi (His uersibus designatur illud uitae periculum, in quo Alex. V. Kal. Jul. 1500 uersabatur ac de quo historici fusius exponunt F. 125) [3]) Ad Theod. Ulsenium. Ad Max. Caes. pro pecunia impetranda (F. 125[2]—126 p. 79—80) Ad hospites de conuiuio comitis de Zoleren (F. 126) Ad Blas. Hoeltzel. Ad Janum elegia

---

[1]) Ipse editionis a. 1498 textum nonnullis locis cum nostr. cod. contuli, sed nullam fere discrepantiam repperi.

[2]) De altera harum legationum cf. Ruf. Ferd. Z. l. c. p. 102.

[3]) Cf. Raynald. Annal. eccles. XI, 325 et 649; Gregorov. Hist. urb. Rom. VII, 442 et opera ibi laudata; Reumont. Hist. urb. Rom. III, 1, 234; infr. Indic. s. v. Alex.

de Manlia (F. 126²—128 p. 80—83) Ad Manliam altera elegia. Ad Elisam puellam (F. 128 — 129) De eadem Elisa (F. 130 p. 83—84) Ad Matheum Lang diui Caesaris secretarium (de uita in „curia Reginae" quaedam referuntur; Nicolaus ille gigas etiam hic nominatur v. 9: „Nicoleos longis iactat sua terga capillis" F. 130²) In Pamphil. Saxum poetam qui Caesarem carpsit. [1]) In Artificem qui soleas equo suffixit (F.131—132 p. 84—86) Ad Caesarem Maxim. de casu poetae. Maximiliani Caes. uarius uitae cursus (idem carmen ut supra F. 55²; de fortunae uicissitudinibus generatim exponitur, v. 7 „Sic mea nunc tristi discrimine tempora uersat, Nunc mihi dimisso ridet sors laeta furore." In fine v. 18: „iam mittere curas. Laeta dies Christique docet qui uoluitur annus" In marg. additus est numerus 1500 [2]) F. 132²) Epitaphium Friderici Caes. Alterum eiusdem Epitaph. (F. 133 p. 116 in appar crit.) Ad Max. Caes. de aduentu hiemis. In die fidelium animarum (F. 133²—134 p. 87—88) Sequuntur 13 Epitaphia, praecipue J. Fuchsmagoni (F. 134—135 p. 89; haec epitaphia, ex quorum nonnullis uersibus postea inscriptio illa est conflata re uera in Fuchsmagoni lapide posita, P. Bonomo esse adscribenda, non solum ex eo colligitur, quod Bonomi Epigrammaton libello sunt adiuncta, sed etiam ex eo, quod statim post ea (F. 136) Ulsenii carmen sequitur merito „Bonomianorum epilogus" appellandum: Th. Ulsenius ad lectorem. Falli igitur Rufius uidetur, si uersus illos in Fuchsmag. lapide inuentos ab ipso Fuchsmagono excogitatos putat. [3]) Ad magnific. ac excellentiss. uirum Jo. Fusemannum Jacobi Pisonis elegia ex hecatosticho. Tetrastichon. (F. 136²—138) Ad Jo. Fusemannum Jac. Pisonis epigramma (F. 139 p. 139) Eiusdem Pisonis elegia ex hekatosticho in passionis et crucis Dominicae memoriam nuper deducta. Distichon (F. 139²—141 p. 140).

---

[1]) De poetarum quorundam Venetorum iniuriosis carminibus cf. Hegewisch. Hist. Max. I, 103.

[2]) De illo anno iubilaeo cf. Raynald. et Reumont. l. c. Ciacon. Vit. Pont. III, 151.

[3]) Ferd. Z. l. c. p. 115; cf. hunc libr. infr. p. 89.

De altera huius codicis parte multo minore (F. 143—153) atque ab alio librario aliis litteris exarata hoc loco rem paucis absoluere possumus; nam quamuis et ipsa ex schedis a Fuchsmagono collectis sine dubio originem trahat, tamen a sylloge illa priore prorsus diuersa, mutilata ac recentiore demum aetate, ut uidetur, eidem uolumini adiuncta iis, quae in hoc libro nobis proposuimus, haud ita seruire potest. Epigramma autem, quod in principio (F. 143) inuenimus:

De lingua draconis dono data a Fuchsmagono Floriano.

Occiderat serpens magni uirtute gigantis,
Cuius adhuc cineres Wiltina templa tegunt;
Territus effugit genitor post funera nati
Pannoniosque petit sedulus inde lares.
Exertam iuuenis linguam donauerat Haymo
Oenipontanis munera grata suis:
Hanc ueteris spolium tibi, Floriane, draconis
Fuchsmagonus tectis mittit ab Austriacis!

ob id nobis erat exscribendum, quod ab ipso Fuchsmagono, cuius nullos adhuc uersus legimus, scriptum esse atque ad illos eius iocos uidetur referendum, de quibus alia nonnulla exempla Rufius adtulit,[1]) hoc ex nostr. cod. denuo neglecto.[2])

Deinde nonnulla ad Blasium Hoelzelium[3]) carmina

[1]) L. c. p. 118.

[2]) De draconis a gigante Haymone interfecti lingua, quae tum credebatur, olim Veldidenae, nunc in museo zoolog. univ. Oenip. adseruata cf. Sinnach. I, 419; Staffler. I, 495; Tinkhauser. II, 252, qui accuratius etiam narrat, Sigismundi Archiducis temporibus, ea ipsa igitur aetate, qua nostrum carmen scriptum est, eam argento esse inclusam. Fuchsmagonus autem noster rem augens se Floriano Waldaufio amico, qui magna cum diligentia res raras colligebat, maius etiam mittere fingit: ipsam eius draconis linguam, qui Haymoniani illius pater fuerat.

[3]) In hac cod. parte uarias eius nominis formas inuenimus: Holcelius, Holczel, Hoelcelius. Blas. Hoelzl hic etiam Carnorum praeses nominatur et clarum decus Carinthiae (F. 143[2], et 144);

sequuntur.[1]) (F. 143—144[2]; 145[2]), quae iam in illam diuersorum carminum ad Hoelzelium missorum syllogam a Petro Bonomo factam, de qua supra mentionem feci,[2]) recepta suspicor; doleo eum librum rarum unum ex paucis esse, quos inspicere non potui. Inter ea autem carmina Augustini Tiferni poema ad Fuchsmag. legimus, qui exemplaria lapidum uetustorum remisit,[3]) et Celtis illud ad Fuchsmag. de castore sibi misso, quod supra iam repperimus.[4]) (F. 144[2]—145[2]). Reliqua in marg. mutilata, ualde mixta ac nobis h. l. haud utilia omitto.

Itaque quum huius quoque codicis omnia breui in conspectu sint posita, iam de uiris illis, qui haec poemata aut pepigerunt aut in iis nominantur, ac de rebus, de quibus quaedam ad illorum temporum studia illustranda uidentur addenda, pauca dicamus. Atque ut ab imperatoribus, principibus, magistratibusque incipiamus, quorum in compluribus horum carminum laudes inuenimus celebratas, res nouae hic quidem rarissime referuntur, sed nonnullae tamen eius sunt generis, ut certa mentione dignae uideantur ac quaedam supplementa adiciant historicorum narrationibus; uelut, ut h. l. nonnulla tantum eorum breuiter adtingam, quae in indic. accuratius sunt notata, ea, quae Tiberinus canit de Sigismundo Archiduce

anno autem 1522 arcis Vellenberg in regione Oenipontana sitae erat praefectus; cf. inscriptionem, de qua Tinkhaus. scripsit II, 280.

[1]) Quinque canem Hoelzelii celebrem laudant, inter quae haec sunt:

Ut dominus splendet praeclara Caesaris aula,
In canibus sic tu, Turce, micare soles.

Ut canis externis, Blasi, est tibi missus ab oris,
At te sic nates mittit Apollo suos.

Si hic canis appellatur Turcus, uidemus, quo modo id canum nomen eo tempore, quo periculum a Turcis imminens in omnium ore erat, ortum sit.

[2]) Cf. p. XXV; Kluepfel, I, 35.

[3]) De re cf. Ruf. l. c. p. 108. Kaltenbaeck l. c. p. 74.

[4]) p. XXXI; infr. p. 118.

et de studiis poeticis ab eo protectis [1]) et alius poeta de altera eius uxore uenandi studio insigni [2]) uel quae Niger exponit de noua quadam per montes uia eiusdem Sigismundi iussu aperta, [3]) uel quae a Paul. Amaltheo et P. Bonomo de uita et oblectationibus in aula Imperatorum nunciantur, de coruo albo, de equitum certaminibus, de gigante illo Nicolao et sim., uel quae a multis de Imperatoris Maximiliani forti ac generoso animo tam luculenter referuntur, ut e. g. in illis Cimbriaci uersibus de responso a Maximiliano Brugae incolis dato accuratissimam historiarum scriptoris relationem legere tibi uidearis etc. Nonnulla praeterea de pontificibus eius aetatis, de urbis Romae aliarumque Italiae regionum condicionibus, de Venetorum senatu inueniuntur, quae uiris doctis in iis rebus occupatis forsitan haud prorsus sint ingrata; unicum autem in hoc genere et memoria dignum illud Nigri carmen uidetur, quo Vindobonensium senatus laudes celebrantur.

Sed si iam post breuem hanc significationem ab his ad alios uiros transeamus, quorum inprimis in his carminibus mentionem repperimus factam, primo loco ii ipsi uiri nobis occurrunt, quorum opera Imperator Maximilianus, diligentissimus litterarum fautor, [4]) in his praeclarissimis suis studiis praecipue est adiutus: Jo. Fuchsmagonum et Bernardum Pergerum. [5]) Ac de priore quia iam supra

---

[1]) Haec res etiam in inscriptionibus quibusdam commemoratur cf. Fugger E. 1100 et 1101 (Me Maecenatem Clariae sensere sorores) Egger Hist. Tir. I, 668.

[2]) Supra p. XXIX infr. p. 103 v. 15.

[3]) De qua historici uideant, utrum forsitan de uia in monte, quem „Fern“ dicunt, sit cogitandum, cuius, quamuis in monumento ibi posito Ferdinando regi atque anno 1543 demum adscribatur, prima tamen fundamenta iam Sigismundus iacere poterat, qui ibi castellum muniuit „Sigmundsburg“ dictum (Staffler. I, 273 sqq. Weber Tir. I, 686), an de alia?

[4]) Pulcre de hac re disseruit Janssen Hist. pop. Germ. I, 118 sqq. Khautz Oest. G. p. 111.

[5]) Cf. Aschbach. Univ. Vind. II, 45: „Es ist offenbar, dass der römische König Maximilian bei der Einführung des Humanismus an der Wiener Universität vorzüglich durch den Superinten-

diximus, Rufii dissertatione laudata ac quibusdam additis, quae ibi omissa sunt, [1]) id tantum hoc loco adiungo, quanti eius in his rebus auctoritas aestimata sit, non solum e numero carminum a claris diuersarum terrarum poetis ad eum missorum patere, sed etiam phrasibus quibusdam eius generis, quod significauimus, ubi Cheregonii carminis mentionem fecimus. [2]) De Pergero autem, de cuius uita ac rebus gestis Aschbachius plurima nuper exposuit, [3]) nobis hoc loco ad quaedam in nostris carminibus melius intellegenda id, utpote minus notum, addendum uidetur, eum illis temporibus ad seditionem, quae in urbe Naonia erat orta, sedandam ab imperatore missum esse. [4]) Praeter Pergerum ab Italis saepius Hoellecher quoque commemoratur, eiusdem urbis, Portus Naonis, praefectus, deinde Eques Marquardus de Brisach, Imperatoris Maximiliani secretarius, Antonius Boldù Venetorum legatus apud Imp. Maximilianum [5]) atque a uariis poetis Blasius Hoelzel, de quo supra iam breuiter diximus. [6])

---

denten Bernhard *Perger* und seine Räthe, die landesfürstlichen Regentes Joh. Krachenberger und Joh. *Fuchsmagen* auf das Kräftigste unterstützt wurde.«

[1]) Cf. supra p. XVI. [2]) Supra p. XXX.

[3]) Univ. Vind. II, 20; 38; 45 sqq. Celt. W. p. 110. De eodem Pergero rudimentorum grammatices Nic. Perotti editore cf. Haase — Eckstein Sprachw. I, 16. De litteris a Pergero ad Reuchlin. missis Geiger. Reuchl. B. p. 37. — Nonnulla nunc etiam in A. D. Biogr. ,IV 85, Horawitz G. R. p. 57 et sim. Pergerum poetis Italis fauisse, et ex uariis similium operum locis et ex nostris carminibus colligere licet.

[4]) Lirut. N. p. 391.

[5]) De his uiris Lirut. quoque l. c. loquitur. De A. Boldù etiam Mazzuch. II, 3, 1457, qui adeo Hermolaon Barb. ad eum scripsisse tradit. Agostin. I, 524 sqq.

[6]) Cf. supra p. XXXIV. Praeterea P. Bonomi ad eum litterae commemorantur a Kluepf. Vit. Celt. I, 188. — Unum P. Bonomi carmen in nostr. syllog. (supr. p. XXXIII.) est etiam ad Matth. Langium, Cardinalem Gurcensem, ad quem Celtes quoque scripsit (Kluepf. I, 156) ac de quo cf. e. g. Ciacon. III, 299 Freher II, 297 sqq. Agost. II, 255 Denis. Garell. 251. Sinnach. VII, 167 etc.

Iam uero nonnulli horum carminum scriptores aliorum etiam *poetarum* interdum faciunt mentionem ac de his haec fere sunt dicenda: Nonnunquam ex poetis, quorum ipsorum carmina in nost. cod. leguntur, alter alterum uel complures simul laudat, ut Paul. Amaltheus Cimbriacum,[1] Petrus Bonomus Paulum Amaltheum[2] et Ulsenium,[3] Ulsenius Petr. Bonomum,[4] Cimbriacus Pisonem,[5] Cuspinianus Cimbriacum, Amaltheum, Celtem, Balbum,[6] Piso Bonomum, Amaltheum, Cimbriacum, Balbum, Celtem, Cuspinianum,[7] ex qua re colligere licet plerosque horum poetarum, quamuis non omnes eidem sodalitati essent adscripti, uinculo quodam ac studiorum affinitate fuisse coniunctos. Quam in Italis praecipue tantam interdum deprehendimus, ut non solum in iis rebus, quas communis ueterum exemplorum imitatio ferebat, inter se sint simillimi,[8] sed ut haud raro alter alterius carmina non minus quam ueterum exempla respexisse uideatur itaque his temporibus denuo eadem sint obseruanda, quae in ipsis poetis latinis antiquis. Eorum, quae modo dixi, supra iam occasione data adtigi exempla,[9] clarissima autem inuenies, si P. Amalthei Epicedium in ob. Frid., quod ex cod. nostr. primum nunc edidi, cum

---

[1]) Infr. p. 37 cf. etiam carmen supra p. XXVI.

[2]) Infr. p. 73. [3]) Infr. p. 79. [4]) Supra p. XXXIII.

[5]) Hunc uirum v. 16. c. 20. (p. 48) in nostr. cod. significari suspicor; in edit. uersu mutato clarissimum Pomp. Laeti nomen in eius locum est substitutum.

[6]) Infr. p. 120. [7]) Infr. p. 140.

[8]) Cuius rei et in nostr. cod. et in aliis carminibus ubique inueniuntur exempla; cf., ut nonnulla tantum adferam, in nostr. cod. P. Amalth. c. 2. v. 2. (infr. p. 2) „Urantur nostris thura Sabaea focis“ Cimbr. c. 16. v. 14. (p. 46) „Accipiunt sacri thura Sabaea foci“ Aurisp. carm. (p. 98) v. 24. „Tum diuo in nostris tura Sabaea focis“, uel Cimbr. c. 16. v. 18. (p. 46) „et Austriacae gloria prima domus“, P. Bonom. carm. 40. in nostr. cod. v. 2. (infr. p. 73) „Amalthea gloria prima domo“ cum carmine Tuppii ab Hagen. hist. phil. 137 exscript. v. 2. „et honoratae gloria prima togae“, uel idem Cimbr. carmen 16. Eucticon cum Celtis Eleg. proseuct. Kluepf. I, 86 sim.

[9]) Supra p. XXVI.

Cimbriaci carmine de eadem re, quod in Delit. poet. germ. I, 162 sqq. ex ueter. edit. exscriptum legis, [1]) conferre uelis, ubi tam similia occurrunt, ut e. g. Cimbr. Delit. p. 163 v. 16 „non hic Parnasia laurus, Non hederae Bacchi circum mihi tempora serpunt, Verum taxus iners.“ P. Amalth. infr. p. 18 v. 16 „pro lauro uiridi pro fronde corymbi Sordida Cyrneae serpunt per tempora taxi.“ — Cimbr. Delit. p. 164 v. 25 „quum terribiles prosternis Marte Sicambros Extremosque hominum Morinos.“ P. Amalth. infr. p. 12 v. 14 „Cui Belgas superare datum tortisque Sicambros Crinibus et multo conflictos Marte Batauos Extremosque hominum Morinos“ etc. Quamuis enim ueterum exempla, quae utrique obuersabantur, satis sint manifesta, tamen hi poetae inter se similiores etiam sunt.

Interdum uero in his carminibus etiam poetae et uiri docti nominantur, quorum opera a nostr. cod. sunt aliena ac quorum mentio hoc loco a nostris poetis facta eo magis etiam grata nobis uideri possit, quod noua quaedam lux nonnullorum amicitiis adferatur. Atque eius generis quae huc pertinent, praeter Tolophi societatis Danubianae sodalis, [2]) laudem ab Ulsenio, eiusdem sodalitatis membro, celebratam ac facile explicandam, pleraque fere ad uiros ex notissimis Italorum scholis profectos spectant. Sic e. g. Cimbriacus inter uiros illos eruditos, quibus libellum suum commendat, Philippum Callimachum alloquitur, siue Bonacursium, Florentinum, qui olim Pomponii Laeti in academia Romana socius, postea quum illa societas Paulo II. pontif. suspectam se reddidisset, [3]) relicta Italia exsul in Poloniam abiit atque ibi a rege Casimiro benigne exceptus ad eius filium educandum uarrasque legationes suscipiendas est adhibitus; [4])

---

[1]) Cf. de hac re supra p. XXV.

[2]) De Tolophio (Dolhoff) ex Francia orientali oriundo post Trithem. script. eccl. p. 400 et Kluepfel. I, 108; II, 147 nuper Aschbach. Univ. Vind. II, 430 accuratius disseruit.

[3]) Cf. Aschbach. Celt. W. p. 99, 102.

[4]) Opera, quae de hoc Callimacho quaedam tradunt, iid. enumerata apud Graess. I. II. 3, 2 p. 1196, quibus praeter Aschbach.

hunc eundem uirum Celtes quoque, qui eum Cracouiae nouerat, honorifice commemorauit. [1]) Praeter Callimachum Cimbriacus eodem illo loco Georgium Merulam celebrat „grauem sophistam", qui a Trithemio [2]) simili modo philosophus eruditissimus appellatur ac qui Francisci Philelphi erat discipulus, porro Hermolaon Barbarum, uirum celeberrimum, Pomponii Laeti discipulum, de quo a Venetis ad Imper. Fridericum et ad Maxim. regem (1486) misso Cimbriacus etiam in illo carmine, quod Encomiasticon inscribitur, meminit his uerbis:

Te ferat in coelum Veneta legatus ab urbe
Laudibus Hermoleos, quo non iam plenius alter
Scrutatus causas et lati semina mundi
Haurit Dircaeo uates ex fonte liquores. [3])

Doctus autem Sabellus, qui a Cimbriaco cum aliis, quos modo enumerauimus, laudatur, nemo alius, ni fallor, esse potest, quam clarus ille Sabellicus et ipse Pomponii Laeti discipulus, de quo, utpote ceteroquin satis noto, [4]) id tantum addimus, eum a. 1475 Vedini quoque eloquentiam docuisse ibique librum suum de antiquitate Aquileiae scripsisse, deinde Veronam transmigrasse ac

---

addas Trithem. Scr. eccles. p. 395 Kluepfel. Vit. Celt. I, 26; 96 Erhard. II, 43 Mazzuchell. II, 3 p. 2296 Lirut. p. 387 Agostin. I, 554 (qui inter eius amicos ipsum nostrum Cimbriacum nominat, domum eius frequentantem, quum a. 1486 a Poloniae rege ad Venetos esset missus) Voigt p. 482, qui tamen corrigendus uidetur, si dicit: „Callimachus war nach Ungarn geflüchtet," quum C. postea tantum, ibi quoque legationis munere fungens, in eam terram sit profectus.

[1]) Cf. Kluepfel. I, 96; Erhard l. c. Aschbach. l. c. p. 102.

[2]) Script. eccl. p. 406, quem locum et Agostin. praef. XLIV; II, 282; 589 (de eodem Merula artium ingenuarum professore apud Venetos 1464—1482) Graessii elencho L. II, 3, 2 p. 737 adiungas.

[3]) Cod. Oen. F. 34 ubi legitur: Scrutatas causas et magni semina rerum Haurit dirceonates cet.! Freher. II, 185 et 202. — De Hermolao praeter alia opera ubique satis laudata nunc etiam conferas Reumont. L. de Med. II, 100 sqq. De illa legatione praeter Freher. l. c. Mazzuch. II, 1, 256.

[4]) Nostra aetate etiam de hoc uiro Aschbach. disseruit Celt. W. p. 91.

postea demum Venetias, [1]) quibus rebus Cimbriaci, qui Vicentiae erat natus, cum eo amicitia, de qua Lirut. quoque quaedam exponit, [2]) magis etiam illustratur. Quae cum ita sint, nemo mirabitur, si in altero eiusdem Cimbriaci carminis textu inter tot Pomp. Laeti discipulos ipse etiam praeceptor laudatur. [3])

Verum praeter tales uiros summis laudibus praedicatos nonnunquam alios in nostris carminibus inuenimus indicatos, qui ea uocis libertate perstringuntur, quae illis temporibus haud ita erat rara. [4]) Cuius rei Italus ille, qui a P. Bonomo iure uituperatur ac Polonus, cui scrofae nomen ab alio poeta est inditum, exempla satis clara, sed simul, quum ipsi illi obtrectatores nunc sint ignoti, aenigmata uix soluenda nobis offerunt.

Ac nunc de ipsis nostrorum carminum poetis quaedam restant adiungenda, quae uel ad ea, quae iam exposuimus, magis etiam explicanda atque ad nonnulla poemata facilius intellegenda sint necessaria, uel post hunc nostrum laborem maiorem quandam lucem diffundere possint. Maxima igitur horum poetarum pars, si Pisonem excipias Transsiluanum, [5]) ex Italis Germanisque constat et celeberrimis et minus notis, quorum carmina omnia eius temporis genera, de quibus Burckhardtus loquitur, [6]) complectentia non ab ipsorum poetarum quadam socie-

---

[1]) Cf. Graess. L. II, 3, 2 p. 752.

[2]) N. p. 382; de quibusdam Cimbriaci carminibus cum Sabellici permixtis, quae res etiam amicitia illa explicatur, supra iam diximus p. XXV. Litterarum quoque commercium inter hos uiros satis uiguisse, ex Sabellici epistulis intellego, ubi res huc pertinentes inueni in edit. Basil. IV. p. 340; 378; 380; 448. — p. 380 legimus litteras ad Sabellicum datas a Cimbriaco, qui dolens, amicum in historia rerum Venetarum Cimbriaci non meminisse, poema, quod Encomiasticon inscribitur, mittit; respondet Sabellicus Encomiasticon illud summis laudibus ornans. Epistula Sabellici ad Cimbr. p. 448 ita incipit: „Quod sis ex animi sententia regem sortitus, gratulor tibi aeque ac debeo et ut ista tibi conditio sit usui et ornamento cupio uehementer et opto.“

[3]) Cf. infr. p. 48 in appar. crit. [4]) Cf. e. g. Voigt. p. 231

[5]) Cf. Denis. B. W. p. 513. [6]) C. d. R. I, 301 sqq.

tate, sed ibi, quo a singulis ad captandam beneuolentiam plerumque, ut tum fiebat, [1]) erant transmissa, ita collecta ac coniuncta id certe etiam demonstrant, quantam auctoritatem fama de studiis a principibus Austriacis eorumque consiliariis protectis ubique habuerit. [2]) Nihilominus autem, quamuis haec carmina omnino non unius cuiusdam societatis syllogam repraesentent, tamen, id quod supra iam significauimus, negandum non est, complures certe ipsorum scriptorum etiam inter se uinculo quodam coniunctos fuisse. De nonnullis Italis iam diximus, de Germanis inter se uix est quod dicam ac de iis, quos ex sodalitate Danubiana hic inuenimus, res patet (Petr. Bonom., Balbus, Celtes, Cuspinian., Ulsen.). Sed Celtem e. g. quosdam etiam aliorum Italorum, quorum carmina hic leguntur, ipsos nouisse, ut P. Amaltheum, ualde est ueri simile, [3]) Cuspinianum eiusdem Pauli Amalthei discipulum a nonnullis existimari infra statim uidebimus, ac Reuchlinum Petrum Bonomum ipsum uidisse atque ab eo libris esse adiutum, satis constat. [4]) Atque haud prorsus ingratum ad similes res iudicandas id quoque uidetur, non semel Celtem, Cuspinianum, Cimbriacum, Amaltheum, Bonomum, Balbum simul in his carminibus nominari, utpote a Fuchsmagono praecipue protectos. [5]) Si autem Itali Germanorum nusquam fere in his carminibus faciunt mentionem, id fortasse eorum superbiae illi est adscribendum ob maiorem in uersibus pangendis

---

[1]) Voigt. p. 368.

[2]) Cf. de ea re libros, quos supra p. XXXVI. laudauimus et Denis. Garell. p. 262, qui hunc Gerbelii locum de gymnas. Vindobon. adponit: „Nullum enim erat ea tempestate in Germania celebrius gymnasium ob abundantiam rerum omnium et doctissimorum hominum incredibilem multitudinem.“

[3]) Celtem a. 1490, quum Vindobonam uiseret (Aschbach. Univ. Vind. II. 49 C. W. p. 110), Paulum Amaltheum, quem eo iam anno ibi commoratum esse statim probabile fiet, uidisse opinor.

[4]) Geiger. Vit. Reuchl. p. 37.

[5]) Cf. supra p. XXXVIII. infr. p. 120; 140.

facilitatem, [1]) quae facilitas in nostris quoque carminibus re uera saepius elucet atque etiam ab uno ipsorum Germanorum, quamuis ipse in Romanorum scholis eruditus proxime in hac re ad Italos accedat, apertis uerbis agnoscitur. [2])

Sed iam, quum in tanta poetarum copia maior tamen carminum pars ad P. Amaltheum, Cimbriacum, Petr. Bonomum pertineat, de his uiris primo loco singillatim quaedam exponamus. Ac de *Paulo Amaltheo*, poeta laureato, cuius memoria, quamuis ipse clarae Amaltheorum domus „prima fauilla" dicatur, [3]) aliorum postea eiusdem familiae poetarum fama ualde uidetur esse obscurata, [4]) non omnia satis constant. Itaque hoc loco, quia de paucis eius carminibus ab aliis prius editis ac de nostris adhuc ineditis supra iam diximus, [5]) illa tantum de eius uita, quae cum quadam probabilitate dici possunt, adiungamus. Certum igitur est, Paulum nostrum e Portu Naonis oriundum postea ordini fratrum minorum, quos dicunt, adscriptum anno 1493 per paucos menses artem poeticam ac rhetoricam in uniuersitate Vindobonensi docuisse, [6]) deinde in Italiam regressum ibi in uariis

---

[1]) Cf. de ea re Voigt. p. 390 Geiger Z. f. d. Cult. 1875 p. 104 Horawitz. Anal. 1877 p. 11 (225).

[2]) Infr. p. 114.

[3]) Cf. infr. p. 7 et epigr. quod statim adiungam.

[4]) Horum carmina edita etiam sunt: Amalth. trium fratrum Hieron. Joann. Bapt. et Cornelii carmina Venet. 1627. Cf. de hac editione Panzer. VIII, 501; 1385 Brunet. I, 82 Graess. Tr. I, 96 Bull. du Biblioph. p. 359. Quaedam Joann. Bapt. carmina inueniuntur in libro quoque: Carmina quinque ill. poet. ital. Bergom. 1753.

[5]) Supra p. XXVI.

[6]) Kink Univ. Vind. I, 204. Aschbach. Univ. Vind. II, 50. Adde Kink. p. 196, qui hunc quoque locum ex act. acad. exscripsit: „Anno 1493 28. jun., congr. fac. art. ad audiendum petitionem Pauli poetae, qui poeta uenit ad facultatem et allegauit, quod esset impossibile, crudele et inhonestum, si deberet facere duas lectiones in die, sed unam facere paratus erat. Erat enim eidem poetae ad uoluntatem domini Superintendentis promissum a facultate art. stipendium 50 flor. ren. per annum, si saltem duas lectiones uno die faceret, quare facultas a suo proposito et desiderio D. Superintendentis resilire noluit."

urbibus scholas aperuisse, [1]) sed denuo in Germaniam reuersum et in rebus gestis Maximiliani celebrandis occupatum anno 1517 interfectum esse a sicario. [2]) Neque hanc de eius morte traditam memoriam esse uanam, ex epitaphio quoque adparet a Marcantonio, fratre eius scripto. [3]) Quae a nonnullis accuratius referuntur, eum ab haereticis in Germania occisum esse [4]) et quidem Vindobonae [5]) adhuc non satis confirmata esse uidentur. Unde autem uir ille doctus, qui in Ersch. Encycl. de Amaltheo quaedam notauit, hauserit, si Paulum a. 1460 natum esse tam accurate refert, [6]) ego quidem reperire non potui, sed res uidetur satis probabilis. Iam uero h. l., quum ipse Graessius de hoc poeta nihil praebeat, locum quoque Agostini [7]) indico ac narrationem illam, Paulum Amaltheum inter primos fuisse, qui artes liberales in Germaniam transtulerint. [8]) Ea uero, quae ex carminibus a nobis nunc editis ad ipsius poetae uitam illustrandam conferre possint, pauca sane sed haec fere sunt: Certe uerba illa repetita, quibus poeta se res domus

---

[1]) Nominantur plerumque hae urbes: Portus Naonis (addito anno 1495 Mazzuch. I, 1, 573 Adelung. I, 682), Bellunum, Tridentum (anno 1503 addito a Mazz. et Adel. l. c.) cf. praeterea Biograph. univ. II. 9 Tirabosch. VII, 2058 (VII, 3, 246 ed. Rom.) et sim.

[2]) Hanc rem ubique fere narratam inueni. cf. etiam Miscell. d. var. op. Venez. 1741 V, 509.

[3]) Epigramma, quamuis sit editum (cf. Mazzuch. l. c.), h. l. haud inutile sit adponere:

Conditus hic ego sum, decus ac noua gloria uatum,
Paulus, Amaltheae prima fauilla domus,
Quem Nao progenuit, coluit sacer ordo Minorum,
Nec minus immensi pagina sacra Dei.
Caesaris Austriaci dum carmine gesta repono.
Heu procul a patria mors uiolenta rapit!

[4]) Mazzuch. l. c., qui adiungit Vaddingum (Script. ord. Min. p. 272) referre, Paulum carmen de bello Germ. aduersus haereticos scripsisse.

[5]) Biograph. univ. l. c. [6]) Ersch. Gr. III, 308.

[7]) Scritt. Venez. II, 198.

[8]) Mazzuch. Adelung. l. c.

Austriacae aliquando fusius celebraturum esse promittit, [1]) narrationi, quam supra commemorauimus, de laudibus Imperatoris Maximiliani a poeta ultimis uitae temporibus incohatis ualde fauere uidentur; deinde ex carm. secundo et decimo, [2]) uno in conspectu consideratis, ni omnia fallunt, tempus erui fere possit, quo noster poeta primum principibus Austriacis notum se reddidit. Nam etiamsi ex solo carmine secundo, iter Italicum ab Imperat Friderico a. 1489 susceptum, in quo Imperator ille etiam Portum Naonis uisebat, [3]) describente non omnibus forsitan concludendum uideatur, nostrum poetam ipsum tum in patria sua huic Imperatoris aduentui interfuisse, certe accurata illa descriptio rerum post reditum Friderici Lincii gestarum, quae in carmine decimo singulorum etiam uirorum illustrium nominibus additis legitur, suspicionem mouere potest, Paulum re uera ex illo iam tempore principibus eorumque amicis satis fuisse notum, eum tum iam, postquam iter illud Caesaris celebrauit, in Austriam uenisse atque inde facultati art. uniuersitatis esse commendatum, ut illo praeceptoris munere fungi posset, quod anno demum 1493 obtinuit. [4]) Si porro illud, quod Kluepfel. de Amaltheo iuuénis Cuspiniani magistro refert, [5])

---

[1]) Infr. p. 7; 40. [2]) Infr. p. 2 sq. 11 sq.

[3]) Cf. Chmel. Reg. p. 767. Lichn. VIII, 126. De hoc Imperatoris itinere, non de priore illo anni 1469 h. l. esse cogitandum, praeter ea, quae de P. Amalthei uitae temporibus colligere possumus, illa etiam carminis decimi uerba indicare uidentur, quibus poeta concilium Lincianum statim post Imperatoris reditum ex Portu Naonis conuocatum esse dicit (v. 21 sqq., ubi „Latiae orae“ non ad Latium uetus sunt referendae, sed statim urbium Venetarum Portusque Naonis nominibus additis explicantur) ac Maximilianum ibi praesentem, qui a. 1486 rex est electus, regem iam appellat (v. 189).

[4]) Talis commendationis Kinkius in documentis uestigia inuenisse uidetur, qui P. Amalthei mentione facta his uerbis utitur: „Die Poeten, welche die Regierung ihr zuschickte, nahm sie mit Geringschätzung auf.“ Univ. Vind. I, 196.

[5]) Vit. Celt. I, 183. Celtem certe Cuspiniani praeceptorem non fuisse, quamquam post Gerbelium uulgo dicitur, Aschbachius etiam recte obseruauit Univ. Vind. II, 285.

fide sit dignum, id quoque, quum Cuspinianus certe iam a. 1490 Vindobonam uenerit, [1]) nostrae opinioni faueat ac statuendum sit, Amaltheum iam inde ab anno 1490 in Austria, etiamsi non statim publice in uniuersitate, docuisse. Sed de his rebus omnibus plura quaedam forsitan in archiuis Italicis inueniri possint, ubi etiam, uelut in bibl. Venet. S. Mich. Muran., Amalthei chartae adseruatae dicuntur. [2])

Magis autem certa nos nunc de studiis poeticis huius uiri dicere possumus. Ex scriptoribus igitur Romanorum praeter Ciceronem, Vergilium, Horatium, Lucanum, quos tum in scholis Vindob. praecipue esse tractatos scimus, [3]) Amaltheum etiam Tibullum, Propertium, Ouidium, Iuuenalem, inprimis autem Statium et Martialem esse imitatum, certis argumentis infra probauimus. Ac uix unum, Cimbriaco fortasse excepto, in nostra sylloge inuenias, qui tanta facilitate ac memoria tot diuersissimorum ueterum scriptorum locos in suum usum uocauerit. In rebus metricis sane et ipse non ubique est nimis curiosus, praesertim ubi unum uersum interdum ex duobus ueterum hemistichiis consuit, nec semper a quadam uerborum insolentia prorsus est liber. Verum non solum de poeticis, sed etiam de philosophicis Amalthei studiis haec carmina certiores nos faciunt, inprimis locus ille carm. 11. vv. 121 sqq. (infr. p. 22), qui docere uidetur, Paulum, ut plurimi alii eius aetatis scriptores, ad Platonicorum recentiorum, quos uocant, opiniones prope accessisse. [4])

De *Cimbriaco* res paucioribus etiam absolui potest, quia de eo Lirutius, qui tot eius poetae libellos manuscriptos possidebat, copiosius iam dixit [5]) atque ea, quae ibi minus placebant, Tiraboschius postea correxit, [6]) ex quibus praecipue deinde Graessius [7]) hausit nonnullis

---

[1]) Aschbach. Univ. Vind. II, 285. [2]) Cf. Biograph. univ. II, 9.

[3]) Cf. Kink. Univ. Vind. I, 204. Aschbach. II, 285. Horawitz. G. R. p. 56.

[4]) Cf. Schultz. Phil. d. Ren. I, 18. Ueberweg. III, 3 sqq.

[5]) N. p. 382 sqq. [6]) Hist. Lit. Ital. VI, 1404 sqq.

[7]) L. II, 3, 2 p. 854.

aliis etiam fontibus additis. Quibus tamen adiungenda praeterea sunt illa, quae Denisius,[1]) Agostin.,[2]) Aschbachius[3]) praebent. Denisius enim id quoque bene explicat, qua ratione error ille natus sit, quo factum est, ut Cimbriacus aliquamdiu Germanis adnumeratus[4]) eiusque epicedium in Frid. postea a. 1612 inter „delitias poetarum Germ." receptum sit. Sed de carminibus huius quoque poetae prius editis ac de nostris, quamuis eorum nonnulla etiam Lirut. in suis Mss. uidisse uideatur, adhuc ineditis supra iam exposuimus.[5]) De eius igitur uita id nunc constat, Cimbriacum Vicentinum fuisse ac bis laurea Apollinari esse donatum, a Friderico in Portu Naonis (sine dubio in itinere illo Italico a. 1469, quum Imperator Roma rediens tum etiam Portum Naonis uisitaret,[6]) a Maximiliano postea a. 1489 in urbe Lincii, de quibus rebus ipse poeta in carminibus mentionem facit, ita tamen, ut numeri, quibus aetatem suam indicat, in carm. 24. v. 9. (infr. p. 62) et in illo uersu carminis 21., qui in Lirut. codice et in edition. inuenitur (infr. p. 50), non bene conueniant. Quam ob rem, uix aliter quam licentia poetica, ut dicunt, explicandam, difficile etiam uidetur, ipsum annum, quo natus sit, accurate definire; annus 1449, quem Graessius adfert,[7]) cum numero illo in carm. 21. congrueret. Nec de anno, quo mortuus sit, quidquam certi habemus.[8]) Ac si adiungimus, eum in uariis Fori Julii ciuitatibus atque haud dubie etiam in Portu Naonis docuisse,[9]) et, id quod ex Agostin. libro patet, Cimbriacum a. 1486 Venetiis esse commoratum,[10]) omnia fere iam uides, quae de eius uita scimus. Plura

---

[1]) Garell. p. 150. [2]) Scritt. Venez. I, 554.

[3]) Univ. Vind. II, 360.

[4]) Talia apud Joecher. etiam I, 120 et Ludewig. I, 650 leguntur.

[5]) Supra p. XXIII. XXV. [6]) Lichn. VII, 115 sq. [7]) L. c. p. 854.

[8]) Cf. Lirut. N. p. 386.

[9]) Lir. p. 385. Tirabosch. VI, 1405. Ita P. Amalthei ex Portu Naonis oriundi cum Cimbriaco familiaritas melius etiam illustratur.

[10]) Scritt. Ven. I, 554.

de hoc quoque poeta forsitan ex archiuis sint eruenda. [1]) In uersibus autem scribendis ei inprimis Vergilium, Ouidium, Martialem, Statium, Juuenalem [2]) exempla dedisse, ex locis a nobis infra laudatis facile uidebis. Quanta autem auctoritate hic poeta, qui non solum multorum uersuum elegantia sed etiam interdum haud exigua dexteritate in rebus historicis describendis excellit, inter multos aequales floruerit, et Lirutius exposuit [3]) et ex eo etiam colligere liceat, quod Spiegelius ille, Germanus, eius Epicedium Frid. a. 1514 editum prolegomenis ornauit. [4])

De *Petri Bonomi* Tergestini, Imperatoris Maximiliani legati ac postea, quum uxor eius esset mortua, sacerdotio inito episcopi Tergestini (a. 1501), uita et rebus gestis plurima satis sunt nota ac conferas nunc res ab Aschbachio pulcre expositas, [5]) ubi libris, qui eius mentionem faciunt, laudatis adiungere etiam possis Mazzuch. Script. Ital. II, 3, 1684 Agostin. Script. Ven. II, 255 Ughell. It. sacr. V, 582. Erhard. II, 89 Denis. Garell. p. 254 Geiger. Reuchl. p. 37 Geiger. Reuchl. B. W. p. 36; 52. [6]) Eius epistularum commercium cum Celte, Reuchl., Blas. Hoelzel. supra iam occasione data commemorauimus. [7])

En nunc eius carminum quoque saepius laudatorum

---

[1]) Praeter ea, quae supra iam de hac re significaui, h. l. adiungo, fortasse etiam in Ciuitate Foroiuliensi (Cividale del Friuli) quaedam huc pertinentia posse inueniri. Cf. Tirab. l. c.

[2]) Locus ea imitatione insignis est e. g. carm. 22 v. 11 (infr. p. 60).

[3]) N. p. 388 cf. etiam Tirab. p. 1407. Ibi et a Denis. Garell. 257 inter Cimbriaci laudatores etiam Gyraldus nominatur qui, inter alia, haec uerba habet nobis h. l. haud reticenda: „Inique huius hominis scripta ab inuidis dicuntur supprimi.“ De poet. I, 24.

[4]) Aschbach. Univ. Vind. II, 360. Denis. Garell. 254. Quibus omnibus adde laudes a Jo. Camerte Cimbriaco tributas, quas ap. Freher. II, 190 repetitas inuenis. De ipso Camerte Aschb. Univ. Vind. II, 172 sqq.

[5]) Univ. Vind. II, 432.

[6]) Graess. L. II, 3, 2 p. 870 nihil fere de hoc uiro habet.

[7]) Cf. supra p. XXV. XLII. sim.

de quibus etiam quaedam iam diximus, [1]) plura habes exempla. Atque ea laus profecto explicari potest. Nam poeta, qui Vergilium, Tibullum, Propertium, Ouidium, Martialem, Iuuenalem [2]) praecipue est imitatus, quamuis haud ubique elegantiae pari modo studeat, interdum etiam uocabula germanica suis carminibus latinis inserat ita, ut quodam modo ei generi fiant similia, de quo Wackernagel. optime disseruit, [3]) spiritu certe, uigore ac sale multos aliorum poetarum longe superat. Nonnulla praesertim, quae de rebus historicis exponunt uersibus satis uegetis, ac quaedam eius carmina sacra melioribus eius generis adnumerare uix dubitem. Ad carmen autem illud, quod Bonomus contra Venetos scripsit, explicandum praeter Hegewischi locum supra iam in carminum enumeratione a nobis commemoratum, [4]) ea etiam comparare possis, quae Schierius et Ludewig. de Bonomo, Imperatoris Maximiliani legato apud Ducem Mediolanensem exponunt. [5])

Amaltheo, Cimbriaco, Bonomo adiungimus *Franciscum Nigrum* Venetum, uirum inter Italos clarum ac Firmici Materni editione, [6]) grammatica latina, [7]) scribendi epistulas opusculo ubique magis fere notum, quam carminibus, quamquam eorum quoque nonnulla typis expressa a uiris doctis enumerantur. [8]) Praecipue in hoc genere eius „in Sigismundum Archiducem Austriae pro felicissimo nouae sponsae epithalamio carminum libellus“ laudatur; sed eorum carminum, quae nunc ex nostr. cod. noscimus, nusquam inueni mentionem factam. Nam ea neque in rarissimo illo ad Sigismundum libello inesse, ex his Agostini uerbis colligere licet: „Comprende l'opuscolo 9 componimenti in verso latino di vario metro;

---

[1]) p. XXV. [2]) Cf. e. g. infr. p. 67. [3]) Kl. Schr. II, 24 sqq.

[4]) p. XXXIII. [5]) Episc. Vind. p. 38. — Ludew. IV, 643.

[6]) Bernhardy R. L. p. 902. — Cf. Denis. Garell. 171.

[7]) Cf. Eckstein L. U. p. 40.

[8]) Nigri opera prius iam edita ab Agostin. II, 479 sqq. accuratius sunt enumerata, quam ab aliis (e. g. Trithem. script. eccl. p. 366 Adelung V, 726 etc.)

ora in commendazione dello sposo ed or della sposa, che fu Catterina di Sassonia.“ [1]) Quum uero in iis quoque praeter Vindobonensium senatum Sigismundus celebretur et Fuchsmagonus, uidemus certe, poetam cum eo principe in familiaritatem quandam uenisse; quo autem tempore et qua occasione data id factum sit, nusquam inuenio significatum [2]) ac rem historicis accuratius explicandam relinquo. Ceterum Sigismundo Archiduci saepius cum Venetis commercium fuisse, satis est notum. [3]) Ex aliis Nigri amicis Sabellicus nominatur, [4]) quem supra Cimbriaci quoque familiarem fuisse diximus, [5]) ac Balbum etiam in eorum numero fuisse, subscriptio illa, quae in nostr. cod. Nigri carminibus est adiuncta, docere uidetur. [6]) Ex uariis autem illis nominibus, quae noster poeta, quem ambitiosum fuisse perhibent, [7]) sibi adsumpsit. Pescennium [8]) hic quidem non inuenimus, sed Celaenium, de quo nomine, quum nostr. carminum textum typis iam mandassem, apud Agostin., postquam eius liber mihi ex bibliotheca Vindobon. est transmissus, breuem inueni adnotationem. [9]) Itaque in carm. 62. v. 60. (infr. p. 92) nihil est mutandum, quam littera minuta in principio nominis ac legendum: Celaeni. Cf. etiam corrigenda supra

[1]) Cf. Agost. l. c. p. 480.

[2]) De Nigri uita multa adhuc uidentur obscura; cf. Trithem. l. c. „claruit Venetiis sub Frederico Imp. III. et Sixto papa a. d. 1480. Nescio si adhuc superstes sit.“ Agostin., qui de uita quoque plura habet, quam alii, etiam recentiores, tamen post uarias lacunas in fine haec addit: „Dove e quando morisse, non abbiamo fin' or trovato chi ce ne dia la contezza. Il suo fiorire vien posto dal Sansovino sotto il governo di Giov. Mocenico, il quale regnò dall' anno 1477—1485.“ P. 478. — Cf. Eckstein N. p. 398.

[3]) Cf. A. Jaeger. Cus. II, 278 sqq. 428 et sim. Egger. hist. Tir. I, 585. Unde Ludewig. notitiam illam hauserit, Nigrum etiam „carmina de situ et moribus Raetorum“ scripsisse (23, 876), equidem inuenire non potui; res autem probabilitate quadam non caret, si nostrum quoque carmen de uia per Alpes aperta respicis.

[4]) Cf. Epist. in Sabell. ed. Bas. IV, 441. — Agost. l. c. p. 476.

[5]) Supra p. XLI. [6]) Infr. p. 92. [7]) Agost. l. c. p. 474.

[8]) De eo nomine cf. etiam Biograph. univ. 33, 452.

[9]) p. 474; 478.

p. VII. Quibus expositis iam de ipsis Nigri carminibus a nobis editis pauca restant addenda. Diuersa iam inter aequales de uariis Nigri operibus iudicia fuisse, Sabellicum summis laudibus ea ornasse, uituperasse Erasmum, bene Agostin. exponit. [1]) Ac nostra certe carmina illam Gyraldi sententiam confirmant: „eius carmina admodum dura, quod in eis affectatam eruditionem insereret;“ [2]) nam uersus Catulli, Propertii, Horatii, Martialis, Iuuenalis, Persii parum eleganter ac non sine manifesta doctrinae ostentatione interdum in uastas periodos sunt conflati ita, ut uitium illud, quod Burckhardtus in plerisque illius aetatis carminibus lyricis reprehendit, [3]) hic praecipue nobis occurrat. Operibus, quae de Nigro quaedam praebent, iam laudatis adde pauca illa, quae Joecher. [4]) et Graessius [5]) habent.

Hieronymi Balbi Veneti, cuius carmina utpote iam edita non recepi, uitae uarietates post Agostin. [6]) et Retzerum [7]) nuper Kinkius [8]) et Aschbachius [9]) in quibusdam rebus accuratius etiam illustrarunt; cuius quoque cum Fuchsmagono familiaritas facile explicatur, quum eum iam anno 1493 in uniuersitate Vindobon. docuisse sciamus. [10])

Jo. Aurispae nomen in inscriptione carminis 66. (infr. p. 97) legitur ac, quamuis cognomen illud „Roman.“ suspicionem mouere queat, tamen forsitan celebrem Jo. Aurispam Notanum eius carminis scriptorem existimare possis. Nam uoces „Notan.“ et „Roman.“ eo facilius a librario confundi poterant, quod Aurispa nonnullos annos

---

[1]) p. 479. [2]) Dialog. de poet. II, 563.

[3]) Cult. d. R. I, 305: „Dagegen möchte von Oden kaum eine zu finden sein, welche nicht irgendwie ihren modernen Ursprung deutlich verriethe. Dies geschieht meist durch eine rhetorische Redseligkeit“ cet.

[4]) III, 945. [5]) II, 2, 2, 748; II, 3, 2, 660. [6]) II, 240 sqq.

[7]) Balb. Op. I. praef. p. VII sqq. [8]) Univ. Vind. I, 197.

[9]) Univ. Vind. II, 146 sqq.

[10]) Primus in hac re litem (cf. Mazzuch. Tirabosch. Denis.) diiudicauit documentis adlatis Kinkius Univ. Vind. I, 197.

Romae degebat [1]) atque hoc carmen, ni omnia fallunt, unum ex iis esse uidetur, quibus Imperator Fridericus, quum a. 1452. Romam uenisset, ut diadema acciperet, [2]) a uariis poetis ibi tum commorantibus est celebratus. Certe tum nonnullos uiros ab ipso Imperatore in poetarum numerum sollenniter receptos esse, documentis probatur. [3]) Atque Jo. illum Aurispam anno demum 1459. uel 1460. mortuum esse scimus. [4]) Nec carmen ipsum huic opinioni repugnat, immo illud Gyraldi iudicium de non nimia Aurispae carminum elegantia confirmare uidetur: „fuit eo tempore, quo nondum exquisitae litterae in lucem redierant.“ [5]) In uersu autem 21. huius carminis, si nostrae opinioni accedas, interpungendi ratio infra a nobis adhibita (in cod. prorsus est neglecta) ita sit mutanda: Illuc, magne, senex longae post tempora uitae *cet.*

Ex aliis poetis Italis, quorum in nostr. syllog. pauca uel singula tantum carmina extant, *Ludovicum Ponticum*, qui Taruisanus h. l. nominatur (carm. 65 infr. p. 96), haud diuersum putare possis a Ludouico illo Pontico, qui alibi Virunius appellatus a. 1467. Belluni natus, sed in urbe Taruisina a. 1520. mortuus esse dicitur; imitatio quoque Vergiliana, Ouidiana, Claudiana quae in nostro carmine deprehenditur, huic suspicioni fauere uidetur, quum uirum illum de Vergilii, Ouidii, Claudiani carminibus commentarios scripsisse sciamus. [6]) In *Delio* autem

---

[1]) Cf. Tirabosch. VI, 1477, qui haec etiam habet: „nell' impiego di segretario l'Aurispa fu confermato da Niccolò V., eletto pontefice l'anno 1447.“ — Voigt. 282.

[2]) Cf. Chmel. G. F. II, 725. [3]) Cf. Chmel. Reg. p. 289.

[4]) Mazzuch. I, 2, 1277 Aurispam a. 1459. Romae mortuum esse scribit eundemque annum Erhard. (I, 234) Eckstein. N. p. 19 cum aliis praebent ita tamen, ut Ferrariae eum obiisse cum Tirabosch. affirment. Ipse autem Tirabosch. l. c. p. 1479 ab omnibus de anno dissentit: „Io credo, che l'Aurispa non morisse che verso la fine del 1460.“

[5]) De poet. d. I. Mazzuch. l. c., qui de defensoribus Aurispae scribit, haec adiungit: „ma forse nè l'uno nè l'altro videro le poesie dell' Aurispa.“

[6]) Scripserunt de eo Andreas Ubaldus (Ed. Bonon. 1655) et Apostolus Zeno, quem dicunt (Diss. voss. II, 293). Cf. Tirabosch. VI

Volsco (infr. p. 99) forsitan Delius ille poeta sit agnoscendus, cuius in Francisci Arsilli de poetis urbanis carmine mentio fit (v. 192 sqq.), ubi ex nostrorum poetarum numero etiam Piso Transsiluanus commemoratur. [1]) Sed nihil prorsus, ne coniecturae quidem occasionem, de Italo illo *Georgio Posthumo* repperi; fortasse ii, qui Tirolensium historiae operam dant atque archiua perscrutantur, et de poeta et de causis, ob quas aerumnis illis in castello Friedberg sit affectus, quaedam inuenient (cf. infr. p. 99).

Sed haec et similia quum plus minus sint incerta, *Joannis Jacobi a cruce de Mutina* certa inueni uestigia, ubi minus exspectaui. Erat enim hic poeta ex familiaribus Celtis, qui uir clarus ab hoc Jo. Jacobo a cruce, Mutinensi petiit, „ut Anagniae uallem sibi descriptam mitteret.“ [2]) Quam ob rem et ob praepositum Tridentinum ibi nominatum hoc carmen, in ualle Anauniae scriptum, recipiendum putaui (infr. p. 104). Nec minus de *Jo. Matth. Tiberino*, cuius carmen adhuc ineditum „de bello Caroli Burgundiae ducis“ historicis haud prorsus sit ingratum (infr. p. 125 sqq.), summae saltem res satis fere nunc constare uidentur, quamuis in nonnullis libris, in

---

1435 sqq., qui hunc uirum prorsus fere in obliuionem adductum esse dolet. (p. 1435: „le cui opere appena note a pochissimi ne han quasi fatto cadere in dimenticanza il nome.“ p. 1437: „le edizioni di esse sono rarissime a segno tale che non si può accertare, quali siano le stampate, quali le inedite.“) Joecher. III, 1693. Adelung. VI, 621. Praeter Vergil., Ouid., Claudian. eum etiam Hesiodum, Sallustium, Horatium, Statium commentariis instruxisse tradunt. De eius morte in urbe Taruis. cf. Joech. l. c.; alii secundum Albert. eum Bononiae mortuum esse putant.

[1]) Cf. Tirabosch. VII, 2024 et 2425, ubi carmen illud Arsilli inuenis descriptum.

[2]) Sine dubio, ut eam descriptionem „Germaniae illustratae“ inserere posset. Cf. Kluepf. Vit. Celt. II, 156. — Alios quoque uiros Celtes de Tirolensium terra consuluit: Petrum Tritonium rogauit, ut Athesinam uallem describeret Kluepf. II, 156. A Sigismundo de Windeck cupit edoceri, quid sit de peculiari erga peregrinos more, qui uiget in quibusdam uallis Athesinae arcibus. II, 155

quibus eius mentionem factam inueni, quaedam deprehendatur dissensio. Verum enim nomen, quod Bonellius adfert [1]) et Denisius contra Joecherum [2]) defendit, [3]) nunc etiam nostri codicis inscriptionibus satis longis confirmatur. Opera autem eius iam prius edita aut aliquo modo significata in iisdem Bonelli et Denis. libris uides enumerata; [4]) pleraque eorum ad S. Simonis, pueri Tridentini ab Judaeis occisi, martyrium [5]) et ad Hinterbachii, Episcopi Tridentini, laudes [6]) spectant, quae res etiam in nostro carmine inedito occasione quadam quasi arrepta breuiter adtinguntur. [7]) Incertum autem id propter notam urbium confusionem uideri potest, utrum Tiberinus noster ab oppido Tirolensi Brixina, id quod Denisius uult, [8]) aut ab antiqua Galliae cisalpinae urbe, Brixia, sit oriundus, ut a quibusdam prioribus affirmabatur. [9]) Equidem, si apud Bonellium, in his rebus auctorem satis fidum, bis lego Tiberinum Brixiensem fuisse, quod nomen adiectiuum apud ueteres incolam Brixiae significabat, [10]) alio eiusdem operis loco haec uerba sine dubio ex documentis eruta: „Jo. Math. Tiberino de *Brixia*," [11]) potius de Brixia, Italorum urbe, esse cogitandum crediderim idque eo magis, quod ipsis Tiberini temporibus inter

---

[1]) Mon. p. 155. [2]) IV, 1191. [3]) Garell. p. 201.

[4]) Bon. p. 155; 158; 160. Denis. l. c.

[5]) Cf. de hac re Bon. Mon. p. 421; Brandis E. p. 176 cum operib. ibi laud.; Sinnach. VI, 594; Egger. Hist. Tirol. I, 599.

[6]) Bonell. eum semper fere „Vescovo dottissimo" appellat N. I, 340; 419 sim. eumque a. 1436 in Archigymnas. Vindob. operam dedisse litteris ac deinde Episcopum Trid. (1465) bibliothecam auxisse refert. M. 145; 157. Cf. Sinnach. VI, 546, Egger. I, 596 et libr. ibi laud. A. Jaeger. Cus. II, 403, ubi Hinterbach. legatus ab Imp. Frid. ad Venetos missus commemoratur.

[7]) Infr. p. 135, ubi v. 149 Hinterbachii nomen uocibus latinis ita est explicatum: „Cui rediens domitis nomen dat Bacchus ab Indis!"

[8]) L. c. p. 201.

[9]) Joech. l. c.; Ludewig. XLIV, 13 in hac re omnia confundit.

[10]) Cf. e. g. Augustin. Ep. 222. [11]) Mon. 421.

Brixiam et Brixinam satis bene distinxisse uidentur. [1]) Carmen autem nostrum, ut dicam quod sentio, ad hanc rem diiudicandam nihil fere praebet; nam parum elegans, mediae aetatis etiam uestigia prodens, [2]) ac praeter paucissimos Ouidianos Horatianosque locos indicatos Vergiliana tantum imitatione rerumque expositarum copia memorabile ad statuendam poetae haud ita clari patriam pauca sane conferre potest. Verum illud, quo modo id Tiberini poetae, cui Hinterbachius, uir Sigismundo tam bene notus, [3]) fauebat, carmen ipsi Sigismundo Archiduci dicatum in codicis Oenipontani syllogam, a Fuchsmagono, qui eiusdem Sigismundi quondam fuerat consiliarius, collectam peruenerit, rerum historicarum perito haud difficile erit ad intellegendum. Certe autem, quamuis a librario in fine fere sit positum, primis est adnumerandum, quae Fuchsmagono sunt transmissa, ac denuo hac re id confirmari uidetur, quod de codicis Oenipont. origine supra diximus.

Iam uero ut ab Italis ad Germanos transeamus, de is, quum paucis exceptis clarorum tantum uirorum nomina hic occurrant ac nonnulla, quae ad res a nobis singillatim h. l. expositas pertineant, prioribus huius dissertationis partibus iam sint inserta, non multa restant supplenda. De *C. Celtis* ab Imperatore Maximiliano a. 1497 Vindobonam uocati ac sodalitatis Danubianae auctoris cum Fuchsmagono amicitia omnia satis sunt nota ac Kluepfelii, Endlicherii, Aschbachii opera, quae nunc inprimis sunt consulenda, satis iam a nobis laudata. Kluepfel. litteras quoque a Celte ad Fuchsmagonum missas commemorat. [4]) Nostri autem codicis carmina a Celte Fuchsmagono dicata, quae Ouidianam praecipue imitationem produnt, non nimia cura excellunt ac de his magis etiam,

---

[1]) Cf. ex nostr. cod. Nigri carmen infr. p. 96, ubi v. 11 Brixina = e Brixina, oppido Tirol., oriundus; Kluepf. II, 57 sim.

[2]) Cf. e. g. infr. p. 127 v. 58. ubi uerbum „obaudire“ ita inuenis adhibitum, ut „non audire, contemnere“ significet, de qua re Du Cange IV, 666.

[3]) Cf. Egger. hist. Tir. I, 596. [4]) Vit. Celt. II, 157.

quam de quibusdam aliis, ualeat iudicium illud aliquanto durius A. Menzelii. [1]) Ac res expositae nonnullis eius generis, quae etiam in aliis Celtis carminibus et epistulis occurrunt, satis respondent [2]) et demonstrant certe, Celtem in hac re Reuchlini non ualde fuisse similem, quem ob minutas causas carmina rarissime scripsisse affirmant. [3]) Illud etiam in tali uiro mirari possis, mediae aetatis quandam de Vergilio fabulam a Celte etiam tum esse repetitam (infr. p. 117). [4]) Quibus de his Celtis carminibus h. l. adiunctis id tantum addo, de Celtis nomine quae Aschbachius aduersus Erhardi sententiam disputauit, [5]) nunc Pisonis quoque carmine a nobis edito (infr. p. 140 v. 14) confirmari. [6]) Ex aliis Germanis, qui et ipsi sodalitatis Danubianae erant socii, in nostra sylloge *Cuspinianum* inuenimus (infr. p. 119), de quo Fuchsmagoni familiari codicisque Vindobonensis possessore supra iam quaedam adtulimus, reliqua optime ab Aschbachio sunt exposita in hist. univ. Vind., [7]) ubi aliorum scriptis enumeratis nunc ea quoque adiungere possis, quae in A. D. Biograph. leguntur, [8]) deinde *Theodoricum Ulsenium* (infr. p. 121), medicum Norimbergensem, Celtis amicum, qui saepius Lincium uisebat atque in Caesaris aula commorabatur, [9]) denique *Henricum Euticum* (infr. p. 121), qui et ipse medicus suam artem non solum Norimbergae sed etiam in multis itineribus exercebat ac de quo, quum antea Denisius, Kluepfel., Endlicher. satis confuse disputassent, nuper eiusdem Aschbachii libri totiens laudati

---

[1]) D. D. II, 268.

[2]) Cf. e. g. carmen illud a Kluepfel. editum ac nuper a Ruf. quoque laudatum (Ferd. Z. l. c. p. 110) de lepore albo a Fuchsmag. misso, uel epistulam illam, qua a Matth. Langio pecuniam petit Kluepf. I, 156 sim.

[3]) Cf. Geiger. Reuchl. p. 77.

[4]) De ipsa fabula cf. Comparett. Virg. p. 301.

[5]) Celt. p. 79.

[6]) Cf. etiam carmen 15. inter Episodia sodal. ap. Aschbach. Univ. Vind. II, 430.

[7]) II, 284 sqq. [8]) IV, 662 sqq. [9]) Aschb. Univ. Vind. II, 430 sqq.

accuratiorem notitiam nobis aperuerunt. [1]) Inter Eutici aequales Trithemius eius meminit non solum in libro de script. eccles. p. 390, quem locum Aschbach. adfert, sed etiam in catalog. ill. uir. Germ. 68.

Ac de Germanis, qui societati Danubianae erant adscripti, haec quidem hactenus. Sed ne id quidem difficile est ad explicandum, quo modo aliorum quoque uelut Reuchlini Brantique uersus in Fuchsmagoni syllogam sint recepti. Nam *Reuchlinus*, cui cum Celte, [2]) Cuspiniano, [3]) P. Bonomo, [4]) B. Pergero, [5]) ipso Fuchsmagono [6]) epistolarum commercium ac cum aliis quoque sodalitatis Danubianae uiris doctis, quamuis ipse non esset socius, familiaritatem quandam fuisse, [7]) nunc certo scimus, eo ipso tempore, quo Imperator Fridericus est mortuus, in urbe Lincii commorabatur [8]) ibique sine dubio illud Epitaphium scripsit, quod codex Fuchsmagonianus nobis seruauit. Carmen quidem parum est limatum ac facilitate Petri Bonomi uersibus de eadem re certe superatur (infr. p. 116). *Branti* uero, qui summa Imperatoris Maximiliani admiratione omnibus est notus, [9]) nonnulla quoque carmina ad Fuchsmagonum, Imperatoris celebrem consiliarium, esse missa, non est mirandum et hic quo-

---

[1]) Cf. inprimis Univ. Vind. II, 434 sq.

[2]) Cf. Geiger. Reuchl. p. 55 sq. Geiger Reuchl. B. W. p. 68.

[3]) Geiger Reuchl. B. W. p. 169.

[4]) Supra p. XLII. XLVIII. Geiger Reuchl. B. W. p. 36; 52. Reuchl. p. 37.

[5]) Supra p. XXXVII. Geiger Reuchl. B. W. p. 37. Reuchl. p. 38.

[6]) Supra p. XVII. Geig. Reuchl. B. W. p. 36. Reuchl. p. 38.

[7]) Cf. Aschbach. Univ. Vind. II, 349; 412. Horawitz. Corr. Reuchl. p. 122; 121 (de Rosino). — Alia de Reuchlino scripta uid. etiam ap. Huebner. hist. phil. p. 72.

[8]) Reuchl. defens. c. calumn. Col. (1513) K 2a; Geiger Reuchl. p. 37.

[9]) Cf. de hac re Goedek. B. N. p. XIII sqq. Ex illis uersibus, qui in nostr. cod. Branti carminibus sunt adiuncti ac quos alio loco me editurum esse promisi (supr. p. XXIII), hoc distichon h. l. adpono: Fluctuat ipsa ratis Petri: non mergitur unquam, Spero: Rex custos Maximianus erit. (Cod. F. 99.)

que id unum restat addendum, sincerum illum erga Imperatorem poetae amorem mirifice elucere in carminis 95., ceteroquin parum elegantis, uersibus ultimis (infr. p. 125).

Quae quum ita sint, pauca tantum de *Engelhardo Teutonico,* qui uocatur, nobis sunt addenda. Ac de hoc aliquamdiu me dubitasse confiteor. Initio enim, postquam Jo. Jacobum de Mutina, Italum illum pariter fere ignotum, inter Celtis amicos inueni, etiam hunc Germanum in Celtis familiarium numero reperire atque in Engelhardo illo Geltershemio, scholae Colon. conrectore, qui litteras ad Celtem misit, [1]) agnoscere mihi uidebar; postea autem, quum a Trithemio „Engelhardum Funck de Suobach, Francum orientalem, natione Teutonicum" nominatum repperissem his uerbis additis: „poeta insignis, metro excellens, claret *Romae,* author siue aduocatus causarum et uaria componit sub Maximiliano Roman. rege, anno dom. 1494," [2]) ea omnia tam bene cum iis, quae ex ipsis nostris carminibus (infr. p. 104 sqq.) de hoc poeta colligi possunt, etsi pauca sunt, congruere uidebantur, ut satis fere, de hoc Engelhardo, carminum nostr. scriptore esse cogitandum, mihi persuaderem. De modestia autem huius poetae in Romanorum scholis eruditi, qui ipse, quamuis ad Italorum facilitatem prope accedat, de Teutonica simplicitate ac de Musa sua barbara loquitur, supra iam diximus. [3]) Locus uero ille, ubi de matre exponit „dulces hiberna nocte fabellas puero narrante" (infr. q. 106) in media ueterum Romanorum, ex quibus inprimis Vergilius, Tibullus, Ouidius, Persius,

---

[1]) Cf. Kluepfel. Vit. Celt. I, 17. [2]) Script. eccl. p. 388.

[3]) p. XLIII. Adiungas ea, quae Aschbach. Celt. W. p. 92 habet de Celte eandem fere rem adtingente: „In der akadem. Antrittsrede, welche Celtes 1492 an der Univ. Ingolstadt gehalten, sagt er, dass die Deutschen von den Italienern Barbaren gescholten würden. Doch verkennt er nicht, dass eine Reise nach Italien für einen deutschen Humanisten zur vollständigen Ausbildung durch aus nothwendig sei."

Claudianus ei obuersabantur, Italorumque imitatione Germanum satis aperte prodere uidetur.

De *Pisone Transsiluano* cur non plura in hoc libro addam, uide quae supra dixi p. XXIII. Id solum adiungo, eum quoque aliquamdiu Romae litterarum studiis operam dedisse. [1])

Itaque, quum de singulis quoque poetis ea habeas, quae adhuc supplenda esse uidebantur, de nonnullis tantum rebus, quae compluribus eorum eodem fere tempore scribendi argumenta praebuerunt, quaedam adiiciam. Id enim, quod antea iam breuiter significaui, illa aetate praeter principum ceterorumque clarorum uirorum atque artis poeticae, quae iis immortalitatem donet, laudes, [2]) alia quoque argumenta a uariis modo ualde simili esse repetita, saepius horum poetarum atque eorum aequalium carminibus, quae alibi sunt edita, inuenies confirmatum. Sic e. g. Sigismundi Archiducis nuptiae in nostr. cod. a poeta quodam celebratae (infr. p. 103) etiam ab eodem illo F. Nigro, cuius alia quaedam carmina in nostra sylloge extant, in libello iam prius edito sunt cantatae; [3]) de b. Nicolao de Flue et P. Bonomus (infr. p. 70) et Celtes cecinerunt, [4]) de S. Leopoldo Cuspinianus [5]) et scriptor carminis illius in nostr. cod. F. 97², de Caroli Burg. ducis bello ac strage ipse Fuchsmagonus librum scripsit [6]) ac Tiberinus noster carmen illud, quod nunc typis mandauimus (infr. p. 125 sqq.), urbem Romam lamentantem induxerunt Claudiani exemplum secuti P. Bonomus (infr. p. 74) et Strozzius. [7]) B. Mariae Virginis

---

[1]) Cf. Denis. W. B. p. 512.

[2]) Cf. de hac re nunc etiam Janitschek p. 86.

[3]) Cf. quae supr. dixi p. XLIX sq.

[4]) Kluepf. I, 154. Celtis uersus hi sunt: „Ter quinis annis pater hic Nicolaus in alpe Sederat et nullos ceperat ore cibos; Siue Deo pascente uirum, siue aëre crasso Seruata est sancti coelica uita uiri.“

[5]) Aschbach. Univ. Vind. II, 286. De re cf. supr. p. XXXI.

[6]) Aschbach. Univ. Vind. II, 74.

[7]) Cf. Burckh. Cult. d. R. I, 302; 357.

gloriam in Branti [1]) Sabellicique [2]) prius iam editis et in P. Bonomi nostris carminibus (infr. p. 77), diei natalis praecipue et immaculatae conceptionis [3]) ratione habita, uides praedicatam.

Ac nunc, quoniam omnia ea, quae equidem ad res nostrorum codicum, carminum, poetarum eorumque studiorum, in ueterum imitatione praecipue positorum, [3]) paullo accuratius explicandas inuenire potui, breuiter exposui, finem huic dissertationi facere possum, praesertim quum nonnulla, quorum hic non erat locus, in indice nominum et rerum aptius sint commemoranda. Neque ibi historicorum opera me neglexisse, unumquemque sibi esse persuasurum spero; sed si nihilominus forsitan quaedam eorum, quae ad historiam, quam dicunt, uniuersalem spectant, desideres, si pauca quaedam nomina obscure in carminibus memorata, quae non ad poetas eius temporis uirosque doctos pertineant ac non fere sint eruenda nisi ex archiuis, historicis me relinquere aperte dixi, id ignoscas philologo, cui ad philologiae historiam, quam uocant, non ad gestas tum in orbe res illustrandas quaedam conferre in animo erat. Ita e. g. equitum illorum, qui in descriptione certaminis Linciani enumerantur, nomina „Dissischius (al. Disisthius) heros“ ac „Iuaninius iuuenis“ (infr. p. 16) explicare non potui, quamuis de similibus quoque rebus libros, quibus nunc clarorum eius aetatis uirorum epistulae publicantur, et Regest., uelut h. l. V. Krausi, [4]) Chmel. Lichn. eius generis opera inspexissem; id quoque doleo, Ulmanni librum, quem exspectamus, de Imperatore Maximiliano me nondum consulere potuisse. Nec minus eius quoque rei in tali

---

[1]) Ed. a. 1498 F. 2² sqq.; Zarncke B. N. p. 175 sqq.

[2]) Ed. Bas. IV, 590. Burckh. C. d. R. II, 256; 338.

[3]) Cf. Raynald. Annal. eccles. XI, 57. Zarnck. l. c. praef p. XXXIII.

[4]) De hac re cf. nunc etiam L. Mueller. G. Ph. N. p. 188 sq. Ranke P. I, 42.

[5]) Maximilians I. vertraulicher Briefwechsel v. V. v. Kraus. Innsbruck 1875.

labore ueniam mihi dabis atque impunitatem, quod paucas res obscuriores non iam in textu, sed in his Prolegomenis uel in Addendis demum corrigere aut paullo accuratius indicare potui; interdum enim res quaedam, de qua explicanda iam fere desperaueram, libri cuiusdam rarioris ex alia bibliotheca huc transmissi parua adnotatione praeter spem illustrabatur, uelut nomen illud Celaeni, de quo modo diximus. [1])

Et hoc loco, quum opportuna sit data occasio, omnibus uiris doctis, qui aut consilio aut libris benigne subministratis in hoc labore me iuuerunt, gratias ago: inprimis bibliothecariorum, A. Jeittelis Oenipontani, F. Leithii Vindobonensis humanitas laudibus est ornanda.

In ipso autem huius dissertationis fine facere non possum, quin uiris doctis, qui similibus rebus student atque hunc laborem fortasse non inutilem existimant, commendem, ut archiua illa Italica, quae supra passim significaui, de his quoque rebus accuratius inspiciant.

Dabam Veldidenae mense Mart. a. MDCCCLXXX.

---

[1]) Supra p. VII. L.

CARMINUM DELECTUS.

(1.)

Ad Magnificentissimum Virum Excellentiss. Que Juris Peritum Jo. Fuxmagum Pauli Amalthaei Poetae Lau. Carmen Incipit.

Exigis ut nostro donem te, Fuxmage, uersu (F. 1.)
Sedulus et nugas quaeris habere meas.
Nec satis esse putas leges uersare Solonis,
Nec sat Caesareo consulere usque foro;
Quod licet accedas auremque et Principis ora, 5
Detur et imperio te propiore frui,
Et quascunque pio uoluit sub pectore curas
Caesar in arbitrio nunc uelit esse tuo:
Non tamen Aonias spernis, uir magne, Camoenas,
Non Phoebi plectrum, non Heliconis aquas. 10
Ergo mitto tibi nostrum donoque libellum,
Quem mea non longo Musa calore tulit.
Quodsi Maecenas nostro sis, Fuxmage, plectro,
Cantabo semper teque tuamque domum:
Ut sis Austriacis non longe natus ab oris, 15
Qua celeres Athesis colligit acer aquas;
Et quid de stomacho dicaris, Fuxmage, uulpis,
Non ingrata meis dictio carminibus.
O equidem felix: si quid mea carmina uiuent,
Ibis perpetuo docta per ora uirum. 20

---

2 cf. Mart. 4, 10, 4. Qui meruit nugas primus habere meas. 6 cf. Mart. 5, 5, 2 Ingenio frueris qui propiore dei. 7 cf. Sil. 15, 19 uoluebat pectore curas Spaet. l. Dicht. I, 47. 11 cf. Mart. 7, 3, 1 Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos. 16 *de epithetis* cf. Claud. VI. Cons. Hon. 195 et uelox Athesis. 20 Prop. 4, 9, 32 et uenies tu quoque in ora uirum.

(2.)

De Faustiss. Aduentu Diui Caesaris Federici III.

Caesar ad Oenotrias confert se maximus oras:
  Urantur nostris thura Sabaea focis;
Et si quando mihi facilis fuit aurea Clio,
  Aut fauit coeptis pulcher Apollo meis:
Nunc Helicona sacrae dulcesque relinquite Musae, 5
  Permessi latices Aoniumque nemus.
Imprimis tu, Phoebe, ueni, cui tempora laurus
  Ornet et ingenuum spica Cilissa caput:
Qualis Aloidum post tela trisulca Gigantum
  Mouisti citharae uerba secunda tuae. 10
Per te dicta Jouis toto uictoria coelo
  Et plus quam solito tu mihi laetus eras.
Talis et huc properes: et mecum Caesare dignum (F. 2.)
  Caesaris aduentum, Phoebe superbe, cane.
Et quae cura Virum nostras commouit ad oras 15
  Et quidnam Venetas uisere iussit opes?
Caesar ut eripuit misera formidine Natum,
  Quem male detinuit Belgica perfidia,
Et sensere omnes quantus sit Caesar in armis,
  Etsi non simulet uincere posse Jouem, 20
Et postquam sceptrum longa ditione tenendum
  Restituit manibus, Maximiane, tuis
Et dignas tanto persoluit crimine poenas

8 Cylissa 12 pulsquam. 17 erripuit.

2 cf. Tib. 2, 2, 3 Urantur pia tura focis *cet. et* Verg. Aen. 1, 416 centumque Sabaeo Ture calent arae. 3 Anth. L. 671, 4 Ries. Aurea Clio. 5 cf. Stat. Silv. 1, 2, 4 Demigrant Helicone deae. 6 cf. Verg. Ecl. 6, 64 Prop. 3, 1, 26 Permessi flumina. 7 cf. Tib. 2, 5, 5 Ipse triumphali deuinctus tempora lauro . . . ueni Ov. u. s. V. II, 79 Spaet. l. Dicht. I, 53. 8 cf. Prop. 5, 6, 74 Terque lauet nostras spica Cilissa comas Ov. u. s. V. I, 125. 9 sq. cf. Tib. 2, 5, 9 Qualem te memorant . . . Victori laudes concinuisse Joui Senec. Agam. 340 Mart. 7, 23, 1 Phoebe ueni, sed quantus eras, cum bella tonanti Ipse dares Latiae plectra secunda lyrae. 21 Verg. Aen. 1, 236 qui terras omni dicione tenerent. 23 Mart. Sp. l. 10, 3 Sed dignas tanto persoluit crimine poenas cf. Ov. u. s. V. II, 3.

Belgicus et quisquis non tua iura timet:
Mens fuit in Veneta curas deponere terra, 25
Hic ubi Gradiuus proelia nulla mouet.
Hic non bella cient: hic non discordibus armis
Contendit largas hostis auarus opes.
Jam galeae in rastros, in falcem uertitur ensis,
Lorica effecto uomere sulcat humum. 30
Omnia perpetua dudum iam pace quiescunt:
Jupiter has terras incoluisse uelit.
Praetereo innumeras urbes, tot castra, tot agros,
Tot loca nequicia facta beata sua.
Non, si mille meo resonent sub pectore uoces 35
Et faueas toto numine, Phoebe, mihi,
Dicere delicias possem placidosque recessus,
Quos Veneta tellus in regione creat.
Haec igitur diuus statuit loca uisere Caesar,
Numina qui pacis atque quietis amat. 40
Forte haec causa leuis nec Caesare digna uidetur:
Sic tamen et curas Jupiter ipse leuat.
Fulmine nam postquam deiecit Pelion Ossa
Et soluit poenas sanguine partus Opis,
Saepe deus petiit falsa sub imagine terras 45
Et se quaesiuit furta minora deo.
Saepe etiam calamo fortes fixisse leones
Crediderim atque humeris saepe tulisse plagas.
Numine deposito solis habitabat in antris,

---

28 Claud. VI. Cons. Hon. praef. 8 et uigil elapsas quaerit auarus opes cf. Ov. Am. 3, 7, 50. 29 Claud. Laud. Stil. 1, 228 In falcem curuent gladios cf. Verg. Georg. 1, 508 Et curuae rigidum falces conflantur in ensem. 30 Ov. Trist. 3, 10, 68 Nec quisquam presso uomere sulcat humum. 35 cf. Ov. u. s. V. II, 70. Spaet. l. Dicht. II, 64. Huem. Sedul. 67. *Adde* Claudian. in Prob. et Olyb. cons. 55 Non, mihi centenis resonent si uocibus ora, Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus *cet.* VI. Cons. Hon. 435 Val. Fl. 6, 36 sq. 43 Ov. Met. 1, 155 Fulmine, et excussit subiecto Pelion Ossae Ov. u. s. V. II, 62 Spaet. l. Dicht. II, 46. 45 sq. cf. Senec. Phaedr. 299 sq. PR coelo superos relicto Vultibus falsis habitare terras. Induit formas quotiens minores (Juppiter). 48 cf. Ov. u. s. V. I, 73.

O ubi maiestas, Jupiter, illa tua? 50
Omnia uictorem si Marte sedente decebant,
Quis neget hoc nostrum posse decere Jouem?
Quodsi forte meae ratio est infirma Camenae
Fortia nec tangit pectora cura leuis,
Est mihi scire nefas magni secreta Tonantis: 55
Nec quaero ulterius, est mihi scire nefas;
Seu uenit ut Venetos uisat sanctumque senatum
Et fractam nulla mobilitate fidem,
Siue quod instituit Caesar loca sancta uidere
Juxta Sonciacas et Natisonis aquas 60
Non procul horrisoni septeno a fonte Timaui,
Hic ubi Amyclaeis perstrepit amnis aquis,
Hic ubi post nati fraternaque funera matrem
Phasiacos perhibent edocuisse dolos.
Hic Aquileia iacet ueteri prostrata ruina, 65 (F. 3.)
Inter Juleos urbs ueneranda lares.
Attila Pannoniae laus, nostrae infamia terrae,
Dum peteret Latium Marte fauente solum,
Dicitur hanc urbem bello expugnasse trienni
Augurio monitus aufugientis auis. 70
Non tamen hanc penitus disiecit barbarus hostis:
Extat adhuc ueteris nobilitatis honos,
Elatae turres et ducta Palatia coelo
Et templum tota nobile Japydia.
Illic Hermagorae tegitur uenerabile corpus 75
Et Fortunati molliter ossa cubant

---

51 decebat 55 nephas 64 peribene; *correxi.*

---

55 cf. Ov. Fast. 3, 325 Stat. Theb. 3, 563 Scire nefas homini. 60 cf. Plin. N. H. 3, 18 (22). 61 cf. Mart. 4, 25, 5 Et tu Ledaeo felix Aquileia Timauo, Hic ubi septenas Cyllarus haurit aquas Spaet. l. Dicht. II, 16. 65 cf Auien. descr. orb. 528 Hic Aquileia decens (al. iacet). 68 Marte fauente *hoc uers. loco ut* Ov. Her. 3, 88 cf. Mart. Ov. St. 13. 73 cf. Ov. Met. 1, 176 Haud timeam magni dixisse Palatia coeli — Auien. l. c. *de urbe Aquileia* celsis caput inserit astris. 76 Ov. Am. 1, 8, 108 Ut mea defunctae molliter ossa cubent Trist. 3, 3, 76 Dicere Nasonis molliter ossa cubent.

Multaque praeterea sanctorum membra uirorum,
  Vota quibus populus nocte dieque facit.
Forsitan huc properas quidni? iustissime Caesar,
  Qui colis aeterna relligione deos. 80
Sit quodcunque placet uenturi Caesaris omen,
  Hoc precor ut faustis prodeat alitibus.
Felix illa dies et luce beatior omni,
  Qua primo nostrum uiderit ille solum.
O quot erunt flauae donati Palladis auro, 85
  O quot uirtutis praemia digna ferent!
Mille quidem uates cernes iurisque peritos
  Auratosque equites philosophosque graues.
Felices urbes, felicior omnibus illa,
  Qua primo faustum triuerit ille pedem. 90
Felix ripa quidem Venetae confinia gentis,
  Qua Benacus aquas ad maris instar agit
Et tu lasciuo gaudens Verona Catullo,
  Qua rapidas Athesis in mare pellit aquas,
Tu quoque non pauido quondam Vincentia Cimbro 95
  Fundata audaces ad Bachilonis aquas:
Vos eritis faustae uenturo Caesare terrae,
  Per uos caesareum nempe teretur iter.
Tum qua Meduacus coeptas sibi colligit undas,
  In Taruisinum deueniemus agrum. 100
Longa uia est dudum: faustum iam dirige gressum
  Ad Naucellinas, maxime Caesar, aquas.
Hic tibi candiduli gens est deuota Naonis,
  Hic poteris plures uiuere Luciferos.

---

83 Foelix. 92 admiraris; *correxi.*

---

85 cf. Stat. Silv. 4, 2, 67 Palladio tua me manus induit auro Friedlaender Sittengesch. R. III, 325. 86 Ov. A. A. 2, 702 praemia digna feres. 92 Verg. Georg. 2, 160 Fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino cf. Ov. Her. 8, 60 fluminis instar eunt. 93 Ov. Am. 3, 15, 7 Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo cf. Mart. Ov. St. 4. 94 cf. Ov. Am. 1, 15, 10 Dum rapidas Simois in mare uoluet aquas. 98 cf. Prop. 3, 28, 14 Nos modo propositum, uita, teramus iter. 104 cf. Prop. 3, 12, 28 paucis Luciferis

Eia agite o ciues longas ex ordine pompas 105
Ducite: nam uestra haec gloria, uester honos.
Prodeat indutus festiua ueste sacerdos
Et canat in media carmina sacra uia.
Huc properent casti pueri innuptaeque puellae
Et laeti iuuenes pallidulique senes. 110
In manibusque ferant uictricia signa Mineruae
Et quicquid pacem iustitiamque decet.
Dicite tum mecum faustum pro Caesare carmen
Fundat et immodicas femina uirque preces.
Maxime rex salue, salue faustissime princeps, 115
Teutonicum régimen et Latiale caput,
Cui deus antiqui promisit Nestoris annos, (F. 4.)
Ut regnet tecum Natus et ipse senex.
Sic tibi Pannonios detur frenare rebelles
Seruiat et Nato Belgica turba diu. 120
Tu nostri miserere, precor, fessisque quietem
Supplicibus ueniam flentibus atque dato.
Ecce Naonaeos uexat discordia ciues
Nec tuti in proprio possumus esse lare.
Proh scelus indignum! cur lustris quinque peractis 125
Non cessat tandem pessima seditio?
Nos tua turba sumus, seu nos obsistere turmis,
Seu nos in rabidas iusseris ire feras.
Pro te Sithonias glacies Scythicasque pruinas

---

107 uestiua. 116 Theutonicum. 129 Scithicasque.

---

105 Verg. Aen. 5, 53 sollemnesque ordine pompas. 107. Ov. Fast. 4, 339 Illic purpurea canus cum ueste sacerdos. 109 Verg. Aen. 6, 307 pueri innuptaeque puellae cf. 2, 238 Stat. Silv. 1, 1, 12 Anth. L. 7. 11 Ries. 114 *Usus formulae* femina uirque *hoc uers. loco apud Ouidium praecipue frequentior* cf. A. A. 2, 478. 682; 3, 800 R. A. 814. *Secutus est* Mart. 8, 12, 4 117 Mart. 5, 58, 5 Priami uel Nestoris annos. 118 Ov. Trist. 2, 165 Sospite sic te sit natus quoque sospes et olim Imperium regat hoc cum seniore senex Mart. 4, 3, 4 Quique regas orbem cum seniore senex cf. Spaet. l Dicht. II, 36. 125 cf. Ov. Ib. 1 lustris bis iam mihi quinque peractis 127 Paneg. Messal. 195 Pro te uel densis solus subsistere turmis. 129 Verg. Ecl. 10, 66 Sithoniasque niues subeamus *est.*

Possumus et subitam, Caesar, adire necem. 130
Ergo tu nostrae tandem miserere ruinae,
Caesar, et oppiduli iam miserere tui.
Haec ego concinui Naucelli natus ad undas
Paulus Amaltheae prima fauilla domus.
Quae si grata tibi sunt, inuictissime Caesar, 135
Non dubito genium carmen habere meum.
Post ego plura canam et uestrae praeconia laudis
Et dicam Austriacae facta superba domus.
Nunc quod composui non longo concitus oestro,
Accipias laeta fronte poema precor: 140
Sit licet insulsum nec tanto principe dignum
Nec Phoebum sapiat Pieriasque deas,
Non tamen hoc doctas quaeso tibi laeserit aures:
Offendit nusquam pauper acerra Jouem.

(3.)

De Quinque Vocalibus Quae Ascribuntur Aquilae Bicipiti Caes.

Lemmata sint aquilae cur sic ascripta bifronti,
Quae satis obscure quinque elementa notant,
Si quis scire cupis, paucis (aduerte) docebo:
Hae sunt uocales, Rex Federice, tuae.
Prima docet, quianam uolucrum regina uocatur 5
Signa in perpetuum Caesaris atque Jouis.

---

5 qui. n.; *quum* qui enim *h. l. nullo modo tolerari possit, conieci* quianam *(cf. Verg. Aen. 5, 13), quamuis siglum .n. alioquin etiam in nostr. cod. significet* enim 6 inperpetuum; in perpetuum *scripsi, quia locus ita tantum explicari potest, ut praepos.* in *postposita ad*

---

134 cf. Prop. 1, 9, 18 prima fauilla mali. 136 cf. Mart. 6, 60, 10 Victurus genium debet habere liber. 137 Ov. ex P. 4, 8, 45 Carmina uestrarum peragunt praeconia laudum cf. Paneg. Mess. 177. 139 Stat. Theb. 1, 32 Tempus erit, cum laurigero tua fortior oestro Facta canam: nunc *cet.* Silv. 2, 7, 3 Docto pectora concitatus oestro Nemesian. Cyneg. 4. 144 cf. Stat. Silv. 1, 4, 127 Qua nunc tibi pauper acerra Digna litem Ov. ex P. 4, 8, 39 quae de parua pauper dis libat acerra. 3, 3 Verg. Aen. 4, 116 paucis, aduerte, docebo.

Proxima, ut imperio fuit haec electa latino,
  Quando caput mundi Martia Roma fuit.
Tertia iustitiam diuini Caesaris addit,
  Quantam Dictaei non habuere foci. 10
Quod superest, aio binas monstrare figuras,
  Omnia Caesareas uincere posse manus.
Caesar habes felix, si uero creditur, omen:
  Aptior est titulis littera nulla tuis.

(4.)

De Coruo Albo Diui Caesaris.

Quid tibi Phoebei nocuerunt, corue, furores, (F. 5.)
  Cum Maeandreus iam tibi cedat olor?
Ecce per inuicti spatiaris Caesaris aulam
  Lacteus et nulla est corpore menda tuo.
Lilia sic fulgent, gelidae sic mane pruinae, 5
  Sic nix in Scythicis albicat ipsa iugis.
Ergo ubi pro functa soluisti uirgine poenas,
  Unde tibi tandem culpa piata uenit?
At puto (nec fallor) crimen tibi Caesar ademit,
  Cum non admittit principis aula scelus. 10

(5.)

Responsio Coruini Pro Coruo.

Et mihi Phoebei nocuerunt, Paule, furores
  Et sceleris poenas candida penna luit.

---

uocem signa *referatur et* perpetuum *stet absolute pro aduerbio, ut Stat. Silv. 1, 1, 99.*

---

8 *Formula* Martia Roma *apud Ouidium eiusque imitatores usitata* cf. Trist. 3, 7, 51 Dumque . . . orbem Prospiciet domitum Martia Roma, legar ex P. 1, 8, 24; 4, 9, 65 — Cons. ad Liv. 246 — Mart. 5, 19, 5. — cf. Ov. Am. 1, 15, 26 Roma triumphati dum caput orbis erit. 4, 2 cf. Mart. 8, 28, 13 Spartanus tibi cedet olor. 4 Ov. Am. 1, 5, 18 In toto nusquam corpore menda fuit. 5 cf. Ov. u. s. V. I, 114 *et* Mart. 8, 28, 11 Lilia tu uincis. 7 cf. Ov. Met. 2, 534 sqq.

Ast ego Caesarea spatior quod lacteus aula,
Nunc uolucris uarias disce, poeta, uices.
Displicui: uoluit Phoebus nigrescere pennas; 5
Candentes Caesar reddere, quod placui.

(6.)

De Eodem Coruo Albo Et de Coruino Rescriptio.

Laudaui niveum blando modo carmine coruum,
Inter delicias Caesaris atque iocos.
Pro quo Coruinus Phoebea nobilis unda
Rescripsit Clario proximiora deo.
O felix equidem: falso nec Apollinis ales 5
Cum sit et arguto carmine factus olor.

(7.)

De Cane Biffo Jo. Bol.

Biffe quid ostentas albos, canis improbe, dentes
Et simulas risum nocte dieque simul?
Num tibi ridiculi, stulti num, Biffe, uidemur
Nec nostros mores ingeniumque probas?
Quicquid id est doceas. „Nostin' Democriton illum? 5
Huius ego semper rideo more uiri.“.

(8.)

Ad Egregium Juris Consul. Gulielmum Graecilum.

Graecile, doctarum custos sanctissime legum,
Interpres iuris Caesareique fori,
Cui uirtus praeclara frui dedit aure Tonantis

6, 4 cf. Neue Formenl.[2] II, 129 Ott Jahn. Jahrb. 1875 p. 789. **7,** 4 cf. Ov. Trist. 4, 4, 29 Ingeniumque meum . . . probabat. 5 sq. cf. Horat. Epist. 2, 1, 194 rideret Democritus Juuen. 10, 33 Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus Claud. Mall. Theod. Cons. 90 Quidquid Democritus risit. **8,** 3 Mart. 7, 99, 4 namque solent sacra Caesaris aure frui cf. Mart. 5, 5, 1 sqq. Sexte, Palatinae cultor facunde Mineruae, Ingenio frueris qui propiore dei.

Et Latii propius ora uidere ducis:
Te duce Palladio Caesar nos induit auro, 5
Te duce sum lauro nobilis Aonia.
Ergo pro tanto quidnam tibi munere reddam,
Cum sim pauperior quam miser Irus erat?
Non nos Gallaico quod foderit Astur in agro, (F. 6.)
Nec dabimus flaui dona beata Tagi, 10
Nec quod Erythraeo diues dedit unda profundo,
Nec quod phoenicis funere colligitur.
Ista sub imperio Fortunae et uersilis orbis,
Ista fluunt ueluti sole cadente niues.
At tibi, quod nec aquae nec flamma auferre nec Euri 15
Annorum aut morsus aut Jouis ira potest,
Nos dabimus carmen: Genium si carmen habebit,
Graecile, dat nomen, dat sine morte decus.

---

8 quam sit miser Hyrus erat; *correxi.* 9 Galaico 12 fenicis 13 uertilis; *correxi.* 14 sic MS; *exspectare poteras* sole tepente cf. Ov. Fast. 3, 236 Et pereunt uictae sole tepente niues Cons. ad Liv. 101 et solibus ictae Soluuntur tenerae uere tepente niues.

---

5 Stat. Silv. 4, 2, 67 Palladio tua me manus induit auro. 7 cf. Spaet. l. Dicht. II, 64. 8 Mart. 5, 39, 9 Iro pauperior forem 6, 77, 1 Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Iros. 9 sq. Mart. 10, 16, 3 Accipe Callaicis quidquid fodit Astur in aruis, Aurea quidquid habet diuitis unda Tagi; Quidquid Erythraea niger inuenit Indus in alga Quidquid et in nidis unica seruat auis cf. Ov. Am. 1, 15, 34 auriferi ripa benigna Tagi *et* Spaet. l. Dicht. II, 14. 15 sq. cf. Hor. Carm. 3, 30, 3 Quod non imber edax, non Aquilo impotens Possit diruere aut innumerabilis Annorum series Prop. 3, 1, 61 Aut illis flamma aut imber subducet honores, Annorum aut ictu pondera uicta ruent Ov. Met. 15, 871 quod nec Jouis ira nec ignis *cet.* Stat. Silv. 1, 1, 91 aut Jouis ignem Annorumue moras cf. Ov. u. s. V. III, 14; Spaet. l. Dicht. I, 23. 18 Prop. l. c. 63 At non ingenio quaesitum nomen ab aeuo Excidet: ingenio stat sine morte decus.

(9.)

Ad Magnificentiss. Sapientiss. Que Virum D. Bernardum Scribam Senatorem Que Diui Caesaris.

Si dedit Alcinoo non diues poma colonus,
Accepit timidas si Polyphemus oues,
Diuitias Croesus sumpsit, Mida nobilis aurum
Et Ditis Stygiis munera cepit aquis,
Si patrem Oceanum riui petiere minores 5
Et capiunt parui flumina fontis aquas:
Tu quoque Pierii diues, Bernarde, furoris
Accipe uersiculos hac ratione meos.

(10.)

Ad Magnificum Et Generosum Virum Geor. Helechrem Portus Naonis Praefectum C. Pau. Amalthei Carmen De Ludo Troiano Faustiss. Regis Maximilliani.

Jam mihi Pipleos sit fas haurire liquores (F. 7.)
Pronius et fontes totumque Helicona mouere
Et te, Phoebe, choris et uos accersere Diuae
Pierides, Maiaque satum Bromiumque potentem
Bellerophontei celeberrima numina fontis; 5
Et tu Bistonias praesens tutela per oras,
Si uacat et nullum deterret Strymona bellum,
Huc, Gradiue, ueni galeaque insignis et ense
Illum quaeso mihi praestes in plectra furorem,
Quem tua cura, pater, bello fortissimus heros 10

---

3 Myda. 4 coepit. 7 Tuo. 10, 3 tos.

---

1 Mart. 7, 42, 5 Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quaeris? Alcinoo nullum poma dedisse putas? cf. Ov. ex P. 4, 2, 10 Quis . . . poma det Alcinoo? 2 cf. Mart. 4, 49, 6 Pascentem Siculas aut Polyphemon oues 5 Stat. Silv. 1, 1, 37 et in oceanum riui cecidere minores. **10,** 2 cf. Verg. Aen. 7, 641 Pandite nunc Helicona, deae, cantusque mouete. 6 cf. Sil. 1, 433 Quantus Bistoniis late Gradiuus in oris Hor. Carm. 4, 14, 43 o tutela praesens. 10 cf. Verg. Aen. 6, 169 Ov. Met. 10, 207 quo se fortissimus heros.

Maximianus habet, quum pectore fertur in arma
Praecipiti gaudetque uias aperire per hostes.
Tuque o Romanae princeps faustissime gentis,
Cui Belgas superare datum tortisque Sicambros
Crinibus et multo conflictos Marte Batauos 15
Extremosque hominum Morinos, cui Gallia bello
Maxima sanguineo ter dena trophaea reliquit,
Maximiane, adsis praesensque in carmine uires
Aonias praesta et nostri praeludia plectri
Accipe neq gratos uelis interiisse labores. 20
Panditur Ensinis tellus exculta colonis
Pannoniam supra, cliuosis condita passim
Collibus et rapido nulli non nobilis amne
Danubii, qui saeuit aquis seroque canali
Impetit Euxinum mutato nomine pontum. 25
Cuius in undisonae consurgit margine ripae
Nobilis urbs Lincii: sic illam nomine dicunt
Indigenae populi, uario seu nebrida cultu
Insimulat, seu quod celsa speculatur ab arce
Exploratque procul uisuque simillima lynci. 30
Hic, postquam Latiis Caesar concessit ab oris
Lustrauitque urbes Venetas portumque Naonis
Alsaeias undas et te, Tergeste, reliquit,
Concilium uocat heroum: sic turba deorum
Undique terrifici properant ad iussa Tonantis. 35
Conuenere duces, seu secum foedera iungi,
Siue Asiam bellare parant Turcosque feroces,
Siue Palaestina penitus detrudere terra

---

30 Linci.

---

14 Mart. sp. l. 3, 9 Crinibus in nodum torti uenere Sicambri. 16 Verg. Aen. 8, 727 Extremique hominum Morini. 18 Ov. Fast. 1, 17 dederis in carmina uires cf. Lucan 1, 66 Stat. Silv. 1, 4, 22. 21 Paneg. Mess. 139 Theraeo tellus obsessa colono. 27 Ov. Met. 2, 840 indigenae Sidonida nomine dicunt. 31 Verg. Aen. 2, 91 superis concessit ab oris. 34 Verg. Aen. 10, 2 Conciliumque uocat diuum. 36 cf. Verg. Aen. 4, 112 aut foedera iungi Spaet. l. Dicht. I, 53.

Gentem inuisam superis Christique sepulchrum * (F. 8.)
Romano imperio nec iniquo asciscere bello. 40
Atque ea dum inter se uario sermone uolutant,
Per uarios ludos longa et spectacula rerum
Consumunt alii soles: hic currere forti
Gaudet equo, ille pedes melior contendere metas,
Hic iacit ingenti concussum hastile lacerto, 45
Ille graues ferri contorquet in aëra massas,
Sisyphium aut uertit onus libratque per auras
Non Diomedeo cedentia pondera saxo,
Hic chalybis pilulas ferro detrudit et igni,
Unde tremit tellus resonatque fragoribus aër. 50
Ille recuruato torquet Cydonia pinu
Spicula, sed funda uacuas hic uerberat auras.
Alter Amyclaeis nudatus membra palaestris
Se parat, ast alius nunc propugnacula fingit,
Nunc aciem ducit, fictos nunc prouocat hostes. 55
Non tot in Eleis certamina uidit Olympus
Collibus aut uarios per tot discrimina ludos.
Haec dum quottidie diuersa gymnade fiunt,
Spectatum uenit huc pietate insignis et armis
Maximianus et haec placida cum mente uideret, 60

---

39 cf. quae de hoc uers. in Proleg. dixi. 47 Sisiphium. 48 caedentia.

---

39 cf. Verg. Aen. 1, 28 Et genus inuisum Ov. Her. 19, 138 inuisus superis. 41 Verg. Aen. 6, 160 Multa inter sese uario sermone serebant Sil. 1, 597 Et dubium rerum euentum sermone uolutant Claud. Bell. Gild. 325. 44 cf. Verg. Aen. 5, 430 Ille pedum melior motu Stat. Theb. 6, 828 bonus et contendere cursu 45 Verg. Aen. 9, 402 torquens hastile lacerto 11, 561 et adducto contortum hastile lacerto Immittit Ov. Her. 4, 81 lentum ualido torques hastile lacerto. 50 Verg. Aen. 5, 228 resonatque fragoribus aether 4, 668 Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus aether II. Epit. 774. 51 Verg. Ecl. 10, 59 libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. 52 Verg. Aen. 5, 377 et uerberat ictibus auras cf. 503. 53 Verg. Aen. 6, 642 Pars in gramineis excercent membra palaestris. 59 Verg. Aen. 6, 403 Troïus Aeneas, pietate insignis et armis.

Protinus ecce illi circum praecordia fibrae
Undique prosiliunt animosaque pectora sanguis
Occupat atque ardet sese committere pugnae.
Ut leo latrantes solitus spectare Molossos,
Si forte inuadunt uenientem montibus ursum 65
Terribilemue aprum, nec se certamini eorum
Inserit aut tanti conturbat proelia belli;
Attamen ille sibi discrimina tanta moueri
Exoptat similesque sibi desiderat hostes:
Sic et Germanae decus indelebile gentis 70
Maximianus agit; nam tanta per agmina uictor
Esse cupit cunctosque suo concedere Marti.
Continuo socios alta sic uoce profatur:
Audite o iuuenes, quorum praecordia uirtus
Inclyta non patitur segni torpere ueterno, 75
Sed quibus inuenta est per Martia tela, per hostes
Gloria: nunc uestrum si quis concurrere mecum
Audet equo, croceos cum primum crastinus ortus
Extulerit Titan et opima lampade terras
Sparserit, indutus clypeo galeaque comanti 80
Pectoreque Actaeae portans thoraca Mineruae
Huc gressus animumque ferat: si uicerit, illum
Praemia digna manent; quod si uincetur, honoris
Gloria, uirtutis satis est in praemia nobis.
Dixerat: ecce omnes uario iam murmure secum 85
Conueniunt quaeruntque diu, quis currere contra
Audeat et Latio sese committere regi,
Cum sit Pellaeo uel Caesare maior in armis,

---

66 certamĭe.

---

63 Ov. Met. 5, 75 auidi committere pugnam cf. 14, 462. 70 Ov. ex P. 2, 8, 25 saecli decus indelebile nostri. 75 Verg. Georg. 1, 124 Nec torpere graui passus sua regna ueterno. 76 cf. Verg. Aen. 2, 358 per tela, per hostes. 78 Verg. Aen. 4, 118 ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan Iliad. Epit. 116. 79 Verg. Aen. 7, 148 Postera quum prima lustrabat lampade terras Orta dies. 80 Sil. 16, 167 galeamque comantem cf. Verg. Aen. 2, 391. 81 cf Mart. 7, 1, 1 Accipe belligerae crudum thoraca Mineruae.

Scipiades titulis superet belloque Lyaeum
Et Pallenaeos aequet iam Marte triumphos. 90
Omnibus haec tandem melior sententia uisa est:
Quatuor aequali uirtute animoque potentes
Florentes annis et auito sanguine clari
Ausonium regem gladioque hastaque lacessant;
Quos contra rex ipse tribus comitatus in armis 95
Occurrat fiatque pari discrimine bellum;
Bellum quod Phrygiis quondam deuexit ab oris
Troius Aeneas et adhuc labentibus annis
Nomen habet magnae dictum de nomine Troiae.
Posterus Eois Phoebus surgebat ab undis 100
Candidus et nullis suffultus nubibus orbem.
Extemplo induitur nitidis rex maximus armis,
Pectora lorica primum stant fulta trilici,
Fibulā deinde super magnum thoraca renectit,
Tum galea premiturque caput clypeoque lacertus, 105
A laeua pendet claua et Mauortius ensis,
At solida a dextris stat acutae cuspidis hasta;
Magnanimum tum scandit equum, cui sub pede tellus
Pulsa tremit; non ille feris parere lupatis
Nec scit stare loco et mandit spumantia frena: 110
Qualis Threicius sonipes Mauorte superbus

---

89 Liaeum.

---

90 cf. Stat. Silv. 4, 2, 56 Et Pallenaeos Phoebum laudare triumphos. 91 Verg. Aen. 4, 287 Haec alternanti potior sententia uisa est. 98 Verg. Aen. 2, 14 tot iam labentibus annis. 99 cf. Verg. Aen. 5, 602 Troiaque nunc, pueri Troianum dicitur agmen. De Troiae ludo apud antiquos cf. A. Goebel, Dueren 1852, L. Friedlaender in Marq. Momms. Ant. VI, 505 sqq. 100 cf. Verg. Aen. 3, 588 Postera iamque dies primo surgebat Eoo. 103 Verg. Aen. 3, 467 Loricam . . auroque trilicem Sil. 2, 401 auroque trilicem Loricam. 104 cf. Verg. Aen. 4, 139 aurea purpuream subnectit fibula uestem. 109 Verg. Georg. 3, 208 et duris parere lupatis. 110 Verg. Georg. 3, 84 Stare loco nescit; Verg. Aen. 4, 135 ac frena ferox spumantia mandit. 111 sq. Stat. Silv. 1, 1, 18 Exhaustis Martem non altior armis Bistonius portat sonipes magnoque superbit pondere 21 et ingenti propellit Strymona flatu.

Ingemit et magnis propellit flatibus Hebrum,
Quale Theramnaeus dempto Polluce ferebat
Cyllarus ingenti galeatum Castora dorso.
Addunt se comites domino regique Quiritum 115
Primus Anholdensis comes, huic Dissischius heros
Proximus it uirtute pari, quem deinde Joannes
Rheihenburger ouans sequitur clauditque cohortem.
Ecce alia de parte nouis Juaninius armis
Accelerat iuuenis, solus qui occurrere turmis 120
Audeat, Alcide ueniens in proelia maior.
Raunacher hunc sequitur, totamque pererrat arenam
Egregius forma iuuenis Lamberger, adhaeret
Oberaymer ei: laetos iam Marte futuro
Omnes campus habet aequos aetate uel armis. 125
Hic fuit imposito Tritonia pectore monstro
Marsque pater medio iam laetus in agmine turmas
Componitque additque animos praestatque furores.
Nunc mihi Musa refer, quantos in bella furores
Mouit utrimque deus, quis tanti praemia ludi 130
Detulit aut tanto uictus certamine cessit.
Fas audita loqui: nec uinci turpe putetis,
Eximii proceres, si uobis gloria maior
Contendisse fuit quam duri infamia belli.
Classica terribilem sonitum dant aere canoro. 135

Sequitur vv. 136—174 *descriptio certaminis ex Vergilianis praecipue phrasibus conflata, qua omissa ultimos uersus uictoriam Regis Maximiliani pulcre celebrantes adpono.*

Huc ruit, huc praeceps it Maximianus in arma (F. 10[2].)
Se comitante deo: ueluti cum tigris abactis 175

---

118 Teramneus. 120 occurre.

---

118 cf. Verg. Georg. 3, 89. Claud IV. Cons. Hon. 556. 120 cf. Verg. Aen. 5, 675 Accelerat simul Aeneas cf. Paneg. Messal. 195 solus subsistere turmis. 123 Verg. Aen. 10, 435 Egregii forma. 132 Verg. Aen. 6, 266 Sit mihi fas audita loqui. 135 Verg. Aen. 9, 503 At tuba terribilem sonitum procul aere canoro Increpuit Anth. L. 18, 20 Ries. 175 Stat. Silv. 2, 1, 8 tigris abactis Foetibus orbatique leones cf. Ov. Met. 13, 547 Utque furit catulo lactente orbata leaena.

Foetibus orbatique ruunt in tela leones
Exoptantque animam pro caris ponere natis,
Sic illos nunc urget equo, nunc pondere clauae,
Elato nunc ense premit solusque duobus
Sufficit instauratque ipso certamine uires. 180
Ac ueluti accensos bacchatur flamma per agros,
Quam manus inuidia uicini aut forte uiator
Apposuit: fit eo maior quo fortius urit
Excrescitque magis quo plures repperit escas:
Sic tua magnanimo surgens in pectore uirtus, 185
Maximiane, nouos auget bellando furores,
Donec anhelantes ambo fessique per arma
Terga dedere fugae et tanto discrimine solus
Constitit inuictis rex Maximianus in armis.

(11.)

Pau. Amalthei Poetae Laureati Epicèdium In Obitu Foede. Rhom. Imp. Ad Maximillianum Regem Inuictissimum Imp. Designatum.

Unde mihi, Caesar, lugubri in carmine numen (F. 11.)
Sollicitem? neque enim Pimpleam impellere rupem
Fas erit, aut molli Bacchum deducere Nysa
Funestum ad plectrum singultantesque querellas
Vatis Apollineo procul hinc a fonte uagantis. 5
En qui Corycios pleno gustauimus haustu

---

177 Exoptatq: charis. 11, 6 Coritios V Croitios O.

---

177 cf. Sil. 10, 302 Exoptans animam certantem ponere dextra. 181 Ov. Met. 1, 493 Ut facibus saepes ardent, quas forte uiator Vel nimis admouit *cet.* 188 Ov. ex P. 3, 2, 8 Terga dedere fugae Ov. u. s. V. I, 128. 189 cf. Iliad. Epitom. 857 atque istis uictor in armis. **11,** 2 Stat. Silv. 5, 3, 3 neque enim antra mouere Delia nec solitam fas est inpellere Cyrrham. 3 Lucan. 1, 65 Bacchumque auertere Nysa. 4 Stat Silv. 5, 5, 26 et singultantia uerba. 6 cf. Stat. Silv. 5, 3, 5 Corycia quidquid modo Phoebus in umbra *cet.*

Facundos latices, qui tollere carmine laudes
Heroum assueti, Phoebi nunc numine merso
Nescio quae nostram conuoluunt nubila mentem
Et me flere iubent lamentaque fortia tantum 10
Funesta dictare lyra. iam nosco dolorem
Et cum perpetuo manantia lumina fletu:
Maiestas Romana iacet, quo principe nobis
Tota Theramnaeos spirabant pectora cycnos.
Ergo mihi aridulae sordescunt fronte corollae 15
Et male pro lauro, uiridi pro fronde corymbi
Sordida Cyrneae serpunt per tempora taxi.
Nec tibi, cui celsas iam sors concessit habenas
Imperii, quem cura duplex, quem pondera rerum
Jam maiora manent, functi solatia patris 20
Apta satis meditor: sic me miserabile fatum
Confundit similisque mouet turbatio casus;
Nec tibi diuellam trepido de corde dolorem
Carmine, si plectrum nobis aut Thracius Orpheus
Aut Linus ipse daret, quamuis hunc prima dearum, 25
Illum Pierio generasset Phoebus in antro.
Namque diu. Caesar, moesto medicamina uultu
Abnuis odistique lyram: sic orba leaena

---

13 Rhomana VO. 16 Corimbi O. 17 Cirneae.

---

7 Stat Silv. 5, 3, 10 qui facta attollere regum. 8 sq. Stat. l. c 12 quis Apolline uerso Frigida damnatae praeduxit nubila menti. 12 Val. Fl. 2, 464 et adsiduo turgentia lumina fletu Stat. Theb. 5, 728 maduerunt lumina fletu cf. Spaet. l. Dicht. I, 59. 15 Prop. 1, 3, 21 Et modo soluebam nostra de fronte corollas 16 sq. Stat. Silv. 5, 3, 8 funestamque hederis inrepere taxum Extimui, trepidamque nefas! arescere laurum 5, 5, 28 Sed nec solitae mihi uertice laurus . . . . En taxea marcet Silua comis; Cyrneas — taxos cf. Verg. Ecl. 9, 30. 18 cf. Verg. Aen. 7, 600 Claud. III. Cons. Hon. 83 rerumque tibi commendat habenas. 19 cf. Ov. Trist. 2, 237 in hoc igitur tantarum pondere rerum. 24 sq. Verg. Ecl. 4, 54 nec Thracius Orpheus nec Linus, huic mater quamuis atque huic pater adsit cf. Stat. Silv. 5, 5, 54. 28 sq. Stat. Silv. 2, 1, 7 Odistique chelyn 8 citius me tigris abactis Foetibus orbatique uelint audire leones.

Audiat aut catulis saeuissima tigris abactis.
Non te flere ueto. quis enim temerarius ausit 30
Aut lacrimas prohibere pias aut carmine uultus
Et rebus gestis et maiestate uerendos
Ab luctu reuocare suo? te flere solute
Nos sinimus lacrimisque nouos sedare dolores.
Sed si tantus amor patris uenerabile funus 35
Flere iubet, nos flere tibi, nos pulla mouere
Plectra sinas niueique chelyn ne sperne poetae.
Ipse ego pro latice Aonio Bromiique furore
Fronte tua lacrimas, longo suspiria tractu
Pectore concipiam, nullius Apollinis aestus 40
Indigus: his auibus condam miserabile carmen.
Vos aeterni ignes, siquidem mortalia tangunt
Facta deos nec casus inest, sed foedere certo
Astra uices uariant atque haec concordia discors (F. 12.)
Rursus idem proprio deducit sidere tempus: 45
Vos mecum lugete nefas, obducite mecum
Protinus aeternos nigra ferrugine uultus.
Terra tremat fugiantque ferae missusque repente
Per populos humilis pauor ambulet, omnia plorent
Nostraque supremam formident saecula lucem. 50
Proh dolor! ille senex crudelibus occubat umbris,
Cui genus et uirtus sacrum diadema Quirini
Ferre dedit populosque manu rexisse potentes

---

37 chelim O. 46 nephas VO.

---

30 cf. Stat. Silv. 2, 1, 14 Nemo uetat, satiare malis. 41 Stat. Silv. 5, 3, 1 lamentabile carmen. 42 Ov. Met. 14, 729 Si tamen, o superi, mortalia facta uidetis cf. Am. 2, 9, 2 Et tangunt magnas tristia fata deas. 43 cf. Claud. in Ruf. 1, 2 sqq. Curarent Superi terras an nullus inesset Rector et incerto fluerent mortalia casu *cet.* Lucan. 2, 12 Verg. Aen. 1, 62 qui foedere certo. 44 Verg. Aen. 9, 164 uariantque uices Hor. Epist. 1, 12, 19 rerum concordia discors cf. Ov. Met. 1, 433 Lucan. 1, 98 Spaet. l. Dicht. I, 7. 47 cf. Ov. Met. 15, 789 uultum ferrugine Lucifer atra Sparsus erat. 51 Verg. Aen. 1, 547 Neque adhuc crudelibus occubat umbris. 52 cf. Juuen. 8, 259 trabeam et diadema Quirini Et fasces meruit.

Germanos Latiosque simul, quo principe mundus
Candidus et grata compostus pace quieuit 55
Nostraque belligeri uiderunt saecula Jani
Limina clausa iterum. quod si tibi fata dedissent
Longius humanis leges indicere rebus,
Una foret toto similis concordia mundo.
Non hominis, non ira ferae, non dira leonum 60
Saeuiret rabies: impune per antra ferarum
Armentum et pecudes nullis custodibus irent
Et commune latus cum tigride sterneret agnus.
Perdidit ergo suam magno cum Caesare pacem
Mundus et aetheream concordia migrat in arcem 65
Inuidiam factura solo. quis lumina fletu
Temperet? en moestos Romana potentia uultus
Induit et nigros Germania sumit amictus.
Nam quamuis tanti pro funere principis omnem
Flere decet mundum, tamen haec amisit alumnum 70
Utraque ductorem, patriae Germania natum,
Itala terra patrem, quo non praestantior alter
Justiciam populis aequata lance rependit.
Terrarum coelique simul mundique latentis
Perscrutator obit, qui mentis acumine certo 75
Quadrifidi ex coelo partem collegit honesti,
Quae lapsa annectit praesentibus, ista futuris,
Quae callet ratione animi quaeque optima factu
Deligit indagans, procul aspernanda relinquit.

---

67 Rhamana O. 76 patrem O. 79 indagens O.

---

55 Verg. Aen. 1, 249 nunc placida compostus pace quiescit. 56 cf. Lucan. 1, 62 belligeri compescat limina Jani. 60 cf. Tib. 1, 3, 47 non acies, non ira fuit. 62 cf. Verg. Aen. 3, 220 armenta uidemus Caprigenumque pecus nullo custode per herbas. 63 cf. Claud. Rapt. Pros. II praef. 26 Vicinumque lupo praebuit agna latus. 72 Verg. Aen. 6, 164 quo non praestantior alter. 76 sq. cf. Cic. de off. 1, 5, 15 Sed omne, quod est honestum, id quattuor partium oritur ex aliqua 1, 4, 11 Homo autem, quod rationis est particeps . . . rebus praesentibus adiungit atque adnectit futuras. 78 sq. cf. Lucan. 1, 490 quae tuta petant et quae metuenda relinquant.

Hac penitus Caesar mundum scrutatus et astra 80
Cernebat uentura procul, rebusque cauere
Callidus imperium summa cum pace regebat.
Ergo mille homines ad magni Caesaris ora
Consilium quaesitum ibant rebusque salutem
Usque suis, qua Phoebus equos irrorat Eois 85
Fluctibus, oceani qua stridet mersus in unda
Currus et insufflat nimbis grauis auster aquosis,
Unde furit Boreas flatuque repente sereno
Aethereos aperit moestis mortalibus axes.
Ut quondam Ortygiae laurus tripodasque loquentes 90
Delphorum aut adytum Cumis penetrale Sibyllae
Credula gens adiit consultum oracula Phoebi,
Aut ueluti Assyriis redolentes nubibus aras
Centum et purpureo spumantes sanguine tauri, (F. 13).
Cornigero quom sacra Joui Gaetulica pubes 95
Diuinis operata facit, uel Achaia querna
Fronde Cytheriacas audit suspensa columbas
Consultans, rebus quae sit fortuna caducis:
Sic Caesar responsa dabat, sic conscia fati
Mens bona secreti reserabat numina coeli. 100
Non tamen augurium cantu, non praepete penna
Omina captauit nec apertis credidit extis.
Coelestis rationis opus, coelestia nouit
Sidera, coelestis deprehendit mente meatus:
Mundus ut occiduos rapido pede uergat in axes, 105
Aurea cui contra Phoebe breuiore recessu

---

95 Gaetulia V Gaetula O. 97 Cythariacas VO. 104 coelestis V coelestes O.

---

85 cf. Verg. Georg. 1, 288 Aut cum sole nouo terras inrorat Eous. 90 Verg. Aen. 3, 360 Qui tripodas, Clarii laurus *cet.* cf. Lucan. 6, 425. 91 Verg. Aen. 2, 297 adytis penetralibus. 92 cf. Ov. Met. 13, 676 adeuntque oracula Phoebi. 98 cf. Verg. Aen. 2, 350 rebus quae sit fortuna uidetis. 101 Verg. Aen. 3, 361 et praepetis omina pennae. 102 cf Auson. Ephem. or. 51 nec arcanis numen coniecto sub extis. 104 cf. Ov. Met. 15, 71 qua sidera lege mearent *et locos a Gierig. collectos.*

Nititur, utque eadem radiis obnoxia fratris
Nunc penitus toto, medio nunc luceat orbe,
Abdita nunc lateat, rursus nunc cornua sumat.
Nouit item errones, medius quos Phoebus anhelis 110
Circumspectat equis et amico temperat astro;
Quid bissena uelint obliquae animalia zonae,
Qua se Phoebus agit, qua se pulcherrima Luna
Proripit et reliqui bigas duxere Planetae;
Quanto intersticii spatio Cyllenius erret 115
A Phaethonte deus, quanto Titana sequatur,
Hinc quid promittant felicia sidera terris
Et Jouis et Veneris, quantum succensio Martis
Falciferique senis infesto stella recessu
Officiant. hinc illa uenit prudentia magni 120
Caesaris. haud aliter sententia dia Thaletis,
Graecia quam Clario uenerabilis imputat auro,
Decidit e coelo, quamquam mens conscia recti
Nil mortale sonans coelique infusa metallo,
Japetionides qualem finxisse Prometheus 125
Dicitur exiguo commiscens aethera limo,
Talis consiliis inter ualet esse deorum.
Namque deum perhibent, qui maximus imperat astris,
Arcanum diuis commune minoribus, illos
Impartire aliis, donec qua lactea candet 130

117 foelicia O. 130 candet *ex* candeat V.

107 Verg. Georg. 1, 396 fratris radiis obnoxia surgere Luna. 110 cf. Verg. Georg. 1, 250 equis Oriens adfluauit anhelis. 115 Claud. Laud. Stil. 2, 439 quantum . . Phoebique comes Cyllenius erret cf. Verg. Georg. 1, 337 Quos ignis coelo Cyllenius erret in orbis. 117 sq. cf. Prop. 5, 1, 83 Felicesque Jouis stellas *cet.* Juuen. 6, 569 Quid sidus triste minetur Saturni, quo laeta Venus se proferat astro. 119 cf. Ov. Ibis 213 Te fera nec quicquam placidum spondentia Martis Sidera presserunt falciferique senis Lucan. 1, 661 Lucil. Aetn. 240 Claud. III. Cons. Honor. 166 Aus. Id. 8, 25. 121 cf. Horat. Sat. 1, 2, 32 sententia dia Catonis. 123 Verg. Aen. 1, 604 et mens sibi conscia recti. 124 Verg. Aen. 6, 50 Nec mortale sonans. 125 sq. cf. Claud. in Eutrop. 2, 492 Quoscunque Prometheus Excoluit multumque innexuit aethera limo. 129 sq. cf. Macrob. in somn. Scip. I, 12 sqq. Eyss. 130 cf. Auson. Ephem. or. 38. qua lactea coeli Semita.

Orbita, qua Cancri feruescit nobile sidus,
Unde Platon animas deduxit, nuncius arce
Missus ab aetherea, per stellas transuolus, orbem
Saturni, Jouis et Martis solisque calores
Lucentesque rotas lunae per corpora transit 135
Et tandem in solidis ponit uestigia terris.
Non tamen ignauas mentes, non obruta terris
Ingenia et caeca rerum caligine mersa
Haec diuum momenta adeunt, uerum haec tenet heros
Munera iusticia insignis, pietate uerendus, 140
Relligione sacer, non lingua aut pectore fictus,
Gratia quem meritis aequat, qui laude decoros
Obseruare uiros didicit, punire nocentes,
Qualis erat Caesar, nam si mihi uera fateri (F. 14.)
Fas sit et haud fictis hunc addere rebus honorem, 145
Si te, sancte senex, hac maiestate tulissent
Saecula, Dictaea tum quom peperere sub Ida
Tergeminos fratres, inferni iura senatus,
Non te uel Stygiae leges indicere genti,
Vel quassare nigram deductis sortibus urnam, 150
Cogere non flabris sontes scelera alta fateri,
Fingeret ulla chelys: per te foret anguibus orbis
Liber et assiduo securum uulture pectus.
Sisyphus ingenti per te iam mole sederet
Deses inersque sua, nec inani Belides urna; 155

---

152 chelis OV. — foret V forte O. 154 mole O inde V.

---

132 cf. Juuen. 15, 146 a coelesti demissum arce. 136 Ov. Met. 14, 49 In quibus ut solida ponit uestigia terra. 138 cf. Verg. Aen. 6, 267 et caligine mersas Catull. 64, 207 caeca mentem caligine consitus. 144 Ov. ex P. 3, 1, 79 nec si uis uera fateri. 145 Verg. Georg. 3, 290 et angustis hunc addere rebus honorem. 146 cf. Stat. Silv. 1, 1, 81 Quod si te nostra tulissent Saecula *cet.* 150 cf. Stat. Silv. 2, 1, 219 inmensis urnam quatit Aeacus ulnis Claud. R. P. 2, 332. 151 cf. Verg. Aen. 6, 567 auditque dolos subigitque fateri. 154 sq. Ov. Met. 10, 43 urnisque uacarunt Belides inque tuo sedisti, Sisyphe, saxo Prop. 5, 11, 23 Sisyphe, mole uaces cf. dissert meam de poenis ap. inf. p. 6, 7, 8, 9.

Tantalus haud poenas sitibundo solueret ore.
Arbitrium coeleste forum diuumque tribunal
Jure tuo multa cum maiestate dedisset
Noster Apollo tibi, finxissent mille poetae.
Per quos et poteras mores imponere coelo, 160
Tradere iura deis sedesque locare beatas
Pro meritis cuicumque suis, quo posset eadem
Maiestate frui felix; licet astra minori
Sorte beent alios, amor est tamen omnibus idem.
Discant iusticiam cunctae per saecula gentes 165
Te monstrante uiam, tu clara exempla daturus
Posteritate tua es serisque nepotibus olim,
Quae sancto sint digna uiro, quae praemia sonti.
Ergo per te iterum terras Astraea reuisit,
Cui comes alma Fides et terno Gratia uultu 170
Venit ab Orchomeno et propior Concordia gressu
Atque aliae plures pariter uenere sorores.
Ac ueluti quondam Saturno principe passim
Agmina uirtutum posuere sedilia terris,
Non belli, non fraudis erat, non dira cupido 175
Imperii, nullos diuisit terminus agros;
In medio quaerebat opes sibi quisque modestas
Simpliciterque omnes communis mundus alebat:
Talia Foedericus cupiebat saecula Caesar,

---

166 futurus O futuris V. 179 Foedericus O *in* Fridricus *mut. m. 2.* V.

---

160 cf. Lucil. Aetn. 45 leges imponere coelo. 164 Verg. Georg. 3, 244 amor omnibus idem. 165 cf. Claud. IV. Cons. Hon. 99 Hinc saecula discant *cet.* 167 cf. Ov. Met. 6, 138 serisque nepotibus esto. 169 Stat. Silv. 5, 2, 92 Quo Pietas auctore redit terrasque reuisit cf. Ov. Met. 1, 150 Ultima caelestum terras Astraea reliquit. 170 Petron. 124, 252 Büch. huic comes it submissa Fides . . . ac maerens lacera Concordia palla cf. Claud. in Ruf. 1, 51 Trag. Octav. 409 P. R. 172 Juuen. 6, 20 atque duae pariter fugere sorores. 175 sqq. cf. Ov. u. s. V. I, 65. 176 sqq. German. Arat. 118 nec parui terminus agri Verg. Georg. 1, 126 Ne signare quidem aut partiri limite campum Fas erat: in medium quaerebant.

Ista uolutabat diuino pectore semper, 180
His innixus erat. ergo cum Caesare terras
Sancta cohors recti prisco de more colebat.
Quodsi non rabidum sedauit bella per orbem,
Non uitium rectoris erit, sed temporis error:
Ut quondam in mediis iactatam fluctibus ornum, 185
Quam ferus hinc Boreas, hinc turbidus Auster euntem
Vexat agens flatu, non ars non cura magistri
Hanc regit et frustra torquentur robora claui:
Flatibus aduersis colliditur aequore puppis
In medio et nullus moderantem Nereus audit. 190
Ipse nec astriferi quondam regnator Olympi
Inuida saeuorum uitauit bella Gigantum,
Quom ferus Enceladus immensis uiribus Ossam
Pelio imposuit, laeua tunc tectus et armis (F. 15.)
Tela trisulca Typhon non uno reppulit ictu 195
Contendens dextra summi fastigia coeli.
Tum pater omnipotens celsa molitus ab arce
Fulmina disiecit molem, quo turbine mersos
Inarimen alios, quosdam detrusit in Aetnam.
At cui non notum est, pro relligione tuenda 200
Te nullas timuisse uices nec uulnera saeui
Martis et ancipitis non ulla pericula uitae?
Tanta tibi pietas et inenarrabilis ardor
Nostratis fidei uiguit sub pectore semper,
Ut tu per Scythicae glacialia frigora brumae 205

---

190 nec nullus O. 193 Encheladus O. 194 leua OV. 195 Tiphon O. 199 detruxit VO.

---

186 Verg. Aen. 2, 110 et terrruit Auster euntes. 191 Verg. Aen. 2, 779 superi regnator Olympi. 194 cf. Verg. Georg. 1, 281 imponere Pelio Ossam *et supra p.* 3. 197 sq. cf. Ov. Met. 1, 154 Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum Fulmine Verg. Georg. 1, 283 Ter pater exstructos disiecit fulmine montes. 199 cf. Lucan. 5, 101 Claud VI. Cons. Hon. praef. 18 Hic subit Inarimen, hunc grauis Aetna domat. 205 cf. Tib. 1, 4, 5 hibernae producis frigora brumae Ov. Trist. 4, 7, 1 gelidae post frigora brumae Senec. Phaedr. 974.

Ire, per ardentes Libyes sitientis harenas,
Qua non ulla hominis calcant uestigia terras,
Si Maleae credenda ratis, si Syrtibus esset,
Si quaecunque uagum discrimina possidet aequor
Sint adeunda tibi, quaecunque pericula tellus, 210
Vitasses nullos Christi pro iure labores.
Nec tibi fingo lyra: stat sancti pectoris index
Historia, Aoniis centum stant ora poetis,
Caesar, ut edictum uenerandaque iussa per orbem
Miseris et passim proceres collegeris una, 215
Qua cadit immodico per saxa sonantia fluctu
Ister Noricii perstringens rura coloni,
Quaque Ratisponae detrectat pondera molis
Tergore tanta suo collectoque agmine magno
Et niuis et pluuiae stantem detrudere pontem 220
Sperat et Euxinas secum rapere omnia in undas.
At moles immota manet glaciesque niuales
Ferre potens rapidi contemnit murmura fluctus.
Hic Caesar concussa uidens labefactaque multum
Fundamenta fidei magnaque ex parte teneri 225
Hostibus Europen et iam ter milia centum
Romani de iure soli, de iure potentis
Ecclesiae cessisse feris sine uulnere Turcis,
Proponis quae damna fides Romana tulisset,
Quae spes sit reliqui, quantae uictoria laudi, 230
Praemia quanta forent, nostris si finibus olim
Pellere Turcarum foedissima iura liceret.
Quare se bello accingant, duce Caesare, bello
Crudelem Europes depellant limite gentem.

---

217 cura O. 219 mango V. 221 euxinis V. 225 fides O.

---

206 Lucan. 1, 367 Duc age per Scythiae populos . . . per calidas Libyae sitientis arenas cf. Spaet. l. Dicht. II, 71 *et* Claud. in Ruf. 2, 241. 208 Stat. Silv. 1, 3, 97 Si Maleae credenda ratis Siculosque per aestus Sit uia. 217 cf. Spaet. l. Dicht. I, 74. 223 cf. Spaet. l. Dicht. I, 50. 233 cf. Verg. Aen. 11, 707 pugnaeque accinge.

Inde Palaestinam promissaque regna prophetis 235
Inuadant, Asiae qua pars pulcherrima terrae
Solis ab occasu Libyes disiungitur aruis
Et breuior tellus alternis fluctibus obstat,
Ne nostrum inuadant Eoa pericula pontum.
Caesaris hi monitus; sed uos, qui pectore Christum 240
Concipitis trinumque Deum censetis et unum,
Dicite mortales, quae tanta insania mentem
Praecipitat conferre manus, concurrere saeue
Alter in alterius temerando uiscera ferro? (F. 16.)
Barbarus hostis habet pueri cunabula Christi 245
Sanctaque pollutis calcat uestigia plantis
Pressa deo totaque tenet cum mole sepulchrum,
Quo deus impositus post tertia lumina Phoebi
Viuus ab integro uisit mortalia Christus.
Tu tamen assequeris, tota quod mente petisti 250
Semper et a superis sexcenta in uota uocasti,
Sancte senex: umbris quod te labente, priusquam
Functe fores omni concessae munere uitae,
Vidisti immensum pacatis gentibus orbem.
Nulla quidem diro temeranda licentia ferro 255
Te moriente fuit, nullo Tritonia monstro
Horrida, gaudebat positis Mars impius armis.
Digna quidem merces tam sanctis moribus atque
Ingenio donata tuo. quis comparat aeuum
Praeteritum? a Nino longos quis colligit annos 260
Tempus adusque tuum, quonam sub principe mundo
Tanta quies fuerit? quando tam prodiga uultu,
Tam bona Pax niueis hilarauit saecula pennis?

---

236 inuadunt O. 239 inuidant V. inuideant O. 243 concurre O. 246 panltis V. 263 hylarauit VO.

---

237 cf. Verg. Aen. 1, 252 Italis longe disiungimur oris Val. Fl. 2, 562. 242 Verg. Aen. 4, 595; 12, 37 quae mentem insania mutat. 244 cf. Ov. Am. 1, 10, 51 traiecit uiscera ferro Met. 8, 531 acto per uiscera ferro. 250 Verg. Aen. 4, 100 habes, tota quod mente petisti. 255 Luc. 1, 8 quae tanta licentia ferri. 256 cf. Verg. Aen. 2, 171 signa dedit Tritonia monstris.

Clauserit Augustus uesani limina belli
Rexerit et laetum patriis uirtutibus orbem, 265
Quom saeuus super arma sedens, post terga reuinctus
Brachia sanguineo Furor horridus ore fremebat.
Sed Romana quies fuit haec, sed bella per orbem
Altera, sed Tiphys, Minyos sed nobilis Argo
Vexit et in Phrygios iterum pugnauit Achilles. 270
Nunc pax alma tenet coeli cum cardine utroque
Solis utramque domum: testes sunt Caesaris ipsae
Austriacae gentes maioraque gentibus astra,
Hanc sibi pollicitum supremo in funere pacem.
Ergo quid ignauos fingis tibi Caesaris annos 275
Inuide? nec placidae commendas dona quietis?
Num pacem non summa tenent? num sidera coeli
Inter se aduerso miscet discordia motu?
Principio nondum fundato quattuor ortu
Corporibus, nullis gyrantibus aethere celso 280
Sideribus, quom mole rudi confusaque passim
Materies per inane chaos sine pondere pondus
Iret et incerto traheretur in omnia motu,
Quis mare quis solidam telluris ab aëre massam
Rursus et aeternum clausisset ab aethere mundum, 285
Ni prius in rebus Concordia facta fuisset?

---

268 Rhomana O. 269 Typhis O. 272 utranq: O. 278 motu O *ex* metu V. 286 concordia facta fuissēt VO; *scripsi* Concordia f. fuisset *respiciens ad uersum sequentem* (Haec dea) *et*

---

264 Luc. 1, 62 Ferrea belligeri compescat limina Jani. 265 Verg. Ecl. 4, 17 Pacatumque reget patriis uirtutibus orbem. 266 sq. Verg. Aen. 1, 294 Claudentur Belli portae; Furor impius intus Saeua sedens super arma et centum uinctus aënis Post tergum nodis fremet horridus ore cruento. 269 Verg. Ecl. 4, 34 sqq. Alter erit tum Tiphys et altera quae uehat Argo Delectos heroas; erunt etiam altera bella, Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. 275 Ov. Am. 1, 15, 1 Quid mihi, Liuor edax, ignauos obicis annos. 277 Lucan. 2, 278 Pacem summa tenent. 281 sq. Ov. Met. 1, 7 rudis indigestaque moles A. A. 2, 467 confusa sine ordine moles 470 inane chaos. 282 sqq. cf. Met. 1, 20 sine pondere, habentia pondus. 284 cf. Met. 1, 22 sq.

Haec dea stelliferum uario discrimine coelum
Distinxit rebusque uices et tempora fecit;
Hinc humus et plantis et uersicoloribus herbis
Enituit passim floresque et poma quotannis 290
Praebuit, hinc ualles et opacis fontibus undas
Prostratosque lacus longe siluasque comantes (F. 17.)
Montibus excelsis, ubi cum sine legibus ullis
Agrestes homines deserta per antra ferarum
Errarent uulgo frugi sine munere uitae, 295
Candida pax illos coetum collegit in unum
Tectaque parietibus iunxit, ne tristior Euri
Impetus aut pluuiosae Hyades, ne saeuus Orion
Sidere uexaret; demum ciuilibus illos
Moribus instituit, patriae caroque parenti 300
Quantum elargiri deceat, quo frater amore est
Et soror et coniunx et natus amandus et hospes.
Tum primum incuruo terram molitus aratro
Fossor et obliquo stringens mucrone racemos

---

ad locos, qui poetae obuersabantur, quibus adde Claudian. Laud. Stil. 2, 8, ubi de Clementia: nam prima Chaos Clementia soluit Congeriem miserata rudem 11 Haec dea *cet.* 300 charoque VO.

---

289 cf. Colum. cult. hort. 256 iam uersicoloribus anni Fetibus. 292 Val. Fl. 1, 429 siluasque comantes. 293 cf. Lucr. 5, 955 neque ullis moribus inter se scibant nec legibus uti Verg. Aen. 8, 316. 294 cf. Lucr. 5, 929 uolgiuago uitam tractabat more ferarum Ov. A. A. 2, 473 Tum genus humanum solis errabat in agris. 296 Ov. Fast. 4, 97 Illa rudes animos hominum contraxit in unum. — *Ad totum locum et uers. seq. cf. etiam* Claud. Mall. Theod. Cons. 190 sq. Justitiae. Tu prima hominem siluestribus antris Elicis . . . Te propter colimus leges animosque ferarum Exuimus. cf. Verg. Aen. 8, 321 Is genus . . . dispersum montibus altis Composuit legesque dedit. 298 cf. Verg. Aen. 5, 516 pluuiasque Hyadas . . Armatumque . . Oriona. 300 sq. Pers. 3, 70 patriae carisque propinquis Quantum elargiri deceat Hor. Epist. 2, 3, 312 patriae quid debeat et quid amicis, Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes. 303 Verg. Georg. 1, 494 Agricola incuruo terram molitus aratro.

Collegit fruges et apricis collibus uuas 305
Edidicitque sibi duro sudore parare,
Quo posset uicisse famem brumaeque rigorem
A membris cohibere suis. non impetus hostis
Armorumue fuit. tamen illo tempore Clotho
Condebat nostram meliori stamine uitam. 310
Quod si tantus amor belli nec Caesare dignum
Imperium censes, nisi dira potentia ferri
Saeuiat et multo maculentur tela cruore,
Non erit obscurus illato uulnere Caesar.
Austria erit testis, totiens procul hoste fugato, 315
Austria barbarico quondam uexata tumultu
Sulphureis qua fumat aquis fons pallidus, unde
Oppidulum dicunt facti de nomine Thermas.
Hic hostes dare terga fugae cum clade coacti
Senserunt, Latii quam multa potentia regis 320
Afforet et quantae magno sub Caesare gentes.
Sed quid ego haec autem? longe maiora relinquo,
Inferiora sequor. dicant de Caesare Belgae
Belgarumque ferox dux Carolus, ille potentis
Martis honos, sub quo ueluti sub fulmine belli 325
Intremuit tellus pauidusque expalluit orbis.
Post tamen insignes clades superataque passim
Oppida et Austriaco populatos milite campos
Candida Caesareis cessit uictoria signis.
Hiccine praeteream lugubri pectine casum, 330
Maximiane, tuum? si nos in funere patris

---

321 mango V. 322 aut VO, *locus mendosus, sed nihil h. l. mutaui, quia similia forsitan etiam ipsi poetae tribui posse uideantur.* 328 milte VO.

---

305 cf. Tib. 1, 4, 19 in apricis maturat collibus uuas. 311 Lucan. 1, 21 Tunc si tantus amor belli tibi. 317 cf. Mart. 1, 12, 2 Canaque sulphureis Albula fumat aquis Mart. Ov. St. 19. 318 Rutil. de red. 1, 249 Müll. dictas de nomine thermas. 322 cf. Verg. Georg. 2, 434. 325 cf. Verg. Aen. 6, 848 duo fulmina belli, Scipiadas; *praeiuit* Lucr. 3, 1047. 328 cf. Verg. Aen. 8, 400 Salentinos obsedit milite campos.

Auscultas nostramque tibi sub pectora musam
Ire sinis, fas sit tristes perstringere fraudes
Brugarum populi: si saeua pericula uitae
Adiuuat et miseros quondam meminisse labores. 335
Sic rerum series praeconiaque alta parentis
Concita Castalio stimulant mihi pectora motu.
Te pater insidiis et tristi carcere, Caesar,
Te pater eripuit; non illum terruit aetas
In senium uergens et multo debilis aeuo, 340
Non iter oblongum saeuaeque ferocia gentis
Pectora, uti cecinit Clario proiectus in antro (F. 18.)
Cimbriacus, quo non ad sacra fluenta Meletis
Aonios latices facundius hausit Homerus.
I nunc et dubita praeponere Caesaris acta 345
Scipiadis Paulisque et quos uel Graecia tollit
Africaque immensis Romanaque fama triumphis
Et gens si qua uiget rebus per saecula gestis!
Si non terrifico mundum sibi Marte subegit
Caesar et humano renuit spumare cruore, 350
Hoc fuit ingenium, non segnis inertia mentis,
Principis haec pietas, non saeui inscitia belli,
Relligio, non terror erat. nam pectore uirtus
Stabat et huic comites grauitas, patientia saeuae
Sortis et humani contemptio summa negoci 355
Claraque magnarum solersque electio rerum.
Adde quod in senium pridem uoluentibus annis

---

343 Cimbaracus V. 347 Aphricaque — Rhomanaque phama VO. 352 insitia VO. 356 mangarum V. 357 uoluentibus V uolentibus O.

---

335 cf. Verg. Aen. 1, 203 forsan et haec olim meminisse iuuabit. 340 cf. Lucan 1, 129 uergentibus annis In senium. 342 cf. Verg. Ecl. 1, 75 uiridi proiectus in antro 343 cf. Paneg. Messal. 200 Stat. Silv. 2, 7, 34. 345 Ov. A. A. 2, 222 I nunc et dubita cf. Claud. in Prob. et Olyb. Cons 147 His ego nec . . . Praetulerim Scipiadas. 357 sq. cf. Lucan. 1, 129 alter uergentibus annis In senium longoque togae tranquillior usu.

Jure togae melior: bella horrida, bella per orbem
Principe te saeuire dedit populique potentis,
Maximiane, tuo concussit Marte furores. 360
Vidimus imperii cultos iuga ferre Batauos
Heluecíosque tui et gaudentis crine Sicambros
Et quos Mopsa suis Rhenusque intercipit undis;
Additur his Morinus, quo non semotius ullum
Caerula Germano populum ferit aequore Tethys. 365
Non procul hinc Gallus uiolento Circius aestu
Iccia saxa quatit, statio qua tuta Monoeci
Suscipit Herculeo seruatas numine cymbas.
Hic et terrifico te Francia saeua furore
Expauit quotiens uexataque turbine belli, 370
Rex inuicte, tibi, roseis quom Sequana Pontum
Irrumpebat aquis, plenusque cadauere caeso
Gurgite multiplici pluuiosum uersus ad Austrum
Ipse suas gentis Rhodanus non sponte trahebat!
At quis Pannonios uiolato iure tumultus 375
Nescit et antiquam titulis regalibus Albam,
Maximiane, tibi feruenti Marte subactam?
Et modo quom rigidas uertisses signa sub Alpes,
Quas strages, quae damna tulit, quae uulnera Francus
Jussus item orata tibi pendere pace tributum. 380
Non, si mille meo resonent sub pectore uoces
Et totidem ora feram Phoebeo mota furore,
Tanta canam numeris, ut non maiora supersint
Facta tibi superetque meum tua gloria plectrum,
Quae tibi mille queat uates lassàre canendo. 385

---

363 Mopsa VO *et sine dubio ipse poeta scrips., ut etiam metr. ratio docet.* 364 Morinos O. 368 cimbas O.

---

358 cf. Stat. Theb. 6, 457 bella . . . . bella horrida. 362 cf. Hor. Carm. 4, 14, 51 caede gaudentes Sygambri. 364 cf. supra p. 12. 367 Lucan. 1, 405 Quaque sub Herculeo sacratus numine portus . . . . solus sua litora turbat Circius et tuta prohibet statione Monoeci. 381 cf. supra p 3. 383 Paneg. Messal. 6 dictis ut non maiora supersint.

Nec mihi nunc mens est, tua facta retexere chartis;
Tempus erit quondam nobis (modo uita supersit
Ociaque et placidis mens non obscura Camoenis),
Quom tua Pellaeos aequantia facta triumphos
Aggrediar grauiore lyra. nunc dicere dotes 390
Caesaris et totum praeconia ferre per orbem
Carmine fert animus, tristi solatia casus (F. 19.)
Parte futura tibi, senio qui fessus anhelo
In te summarum reiecit pondera rerum.
Juppiter ingenti bellorum mole solutus 395
Sic natis pugnare dedit, sic uicit Iberos
Impiger Alcides nigrosque Lyaeus Eoos,
Sic Atlanta senem saxum exanimauit in atrum
Ales Abantiades praetendens ora Medusae.
Ipse pater coelo securus pace sedebat 400
Prospiciens terras et eodem lumine pontum.
Fas mihi prodigium gelidis quod uidimus oris
In medium proferre chely, qua Caecius ingens
Norica Pannoniis disiungit rura colonis;
Quom modo sacrilego fallax Germania ferro, 405
Qua furit infidus temerata lege Boemus,
Ausa per Austriacos praedatum currere campos
Nostris praeda fuit captiuaque corpora mille
Vidimus aërio replere cadauere ripas
Danubii et passim uiolentas soluere poenas. 410

---

387 modo si supersit; *in margine* uita O. 392 *num* tristis? 394 pondere VO; *correxi*. 395 molle V. 400 ceolo V. *Post* 401 *sequuntur in V vv. 419—435* Caesar ait claro *cet.*

---

386 cf. Paneg. Messal. 5 Nec tua praeter te chartis intexere quisquam Facta queat. 387 cf. supra p. 7 *et* Verg. Georg. 3, 10 modo uita supersit. 389 sq. Nemesian. Cyneg. 63 Mox uestros meliore lyra memorare triumphos. cf. Hor. Carm. 4, 2, 33 Stat. Silv. 1, 3, 100. 391 cf. Verg. Georg. 3, 47 Caesaris et nomen fama tot ferre per annos. 392 cf. Ov. Met. 1, 1 Lucan. 1, 67 Pers. 4, 7 Fert animus; Spaet. l. Dicht. I, 70. 399 cf. Ov. Am. 3, 12, 24 Abantiades alite fertur equo Met. 4, 630 sqq. *et* 742 imponit Phorcynidos ora Medusae. 404 cf. Lucan. 1, 215 et Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis Spaet. l. Dicht. I, 74.

Utque sub extremas undas descendit imago
Tetra uirum et fundum pendentum perculit horror:
Ecce pater glauco praecinctus uellere pectus
Ister et agresti redimitus harundine crinem
Caeruleum admirans rapido caput extulit amni. 415
Post ubi crudelem scelerata ob crimina gentem
Supplicium soluisse uidet, hoc Caesaris actum:
„O qui Martigenae ueteri de gente Quirini
„Caesar", ait, „clarae producto stemmate robur
Nobilitatis habes, qui uincis luce sequenti 420
Illustrasque genus proauis primusque priora
Post mille ingentis reuolutis orbibus annos
Sceptra tenes Latii: tune haec labente senecta?
Tune leuas nostros diris praedonibus agros,
Qui mea mactato spoliabant arua colono 425
Compositique simul uiolabant foedera mundi?
Pro quo si liceat ueras expromere uoces,
Hoc tibi polliceor, nec me mea decipit ales:
Quom bis signiferum renouatis cornibus orbem
Cynthia curet equis, membrorum mole soluta 430
Candidus aeterni repetes pia sidera coeli,
Qua post Erigonem spacium patet: en tibi tota
Brachia collegit contracto Scorpius astro,

414 harundine V arundine O. 419 claro producte *ex* producto V.

414 Ov. Met. 9, 3 inornatos redimitus harundine crines cf. Cons. ad Liv. 223 Val. Fl. 6, 564 Rutil. de red. 1, 151. 415 cf. Ov. Fast. 5, 637 harundiferum medio caput extulit alueo Verg. Aen. 1, 127 Sil. 7, 254 Iliad. Epit. 157. 418 cf. Ov. Fast. 1, 199 Martigenam . . Quirinum. 419 cf. Auson. Parent. 4, 3 ductum de stemmate nomen Rutil. de red. 1, 169 Müll. antiquo deriuat stemmate nomen Pers. 3, 28 Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis Stat. Silv. 3, 3, 44 proauis demissum stemma. 425 Verg. Georg. 1, 507 squalent abductis arua colonis. 427 Verg. Aen. 2, 280 et moestas expromere uoces. 429 cf. Ov. Fast. 2, 175 Luna nouum decies implerat cornibus orbem Spaet. 1 Dicht II, 29. 432 sq. Verg. Georg. 1, 33 Qua locus Erigonen inter Chelasque sequentis Panditur; ipse tibi iam brachia contrahit ardens Scorpios.

Hic ubi iusticiam discat de Caesare magnus
Juppiter et regere astriferos pacatius axes. 435
Tunc tibi turba deum sanctis pro moribus olim
Praemia certatim referent meliusque uidebis,
Quid refert seruare modum finemque tenere
Et duce natura moliri rebus agendis
Quicquid agis, patriae quantum est impendere uitam, 440
Nec tibi, sed partim natis partimque propinquis,
Denique te toto generatum credere mundo. (F. 20.)
Noueris hic, lautas quid prodest spernere mensas,
Quid fluuio sedare sitim, totamque senectam
Omnino nescire merum, quid pellere tecto 445
Simpliciter pluuias praeduraque frigora brumae;
Quid cultus odisse nurus nudataque membra
Romana uestire toga de more Quiritum,
Quid Veneris cohibere uices, nisi coniuge natos
Tollendi sit causa tibi, quid denique prodest, 450
Quod surrepit iners nulla tibi parte uoluptas.
Hic tibi mercedis precium, quod factio per te
Pontificis gemini sedata est: ut foret unus
Clauiger antiqui referens fastigia Petri;
Quod Solymos dubiae per mille pericula uitae 455
Viseris et Christi sacratam manibus urnam,

---

442 toto VO *quod etiam 7 codic. praebent in uersu Lucani (2, 383 cf. Burm.), qui poetae h. l. obuersabatur.* 447 membraq: V. 452 quid VO; quod *scripsi.*

---

435 cf. Stat. Theb. 8, 88 astriferos inclinat Juppiter axes. 438—40 Lucan. 2, 381 seruare modum finemque tenere Naturamque sequi patriaeque impendere uitam. 441 cf. Hor. Sat. 1, 1, 83 gnatis carisque propinquis. 442 Lucan. 2, 388 Nec sibi sed toti genitum se credere mundo. 445 Lucan. l. c. 385 Submouisse hiemem tecto *est.* 446 cf. Ov. Trist. 4, 7, 1 gelidae post frigora brumae Mart. Ov. St. 26. 447 cf. Lucan. 1, 164 cultus gestare decoros Vix nuribus. 448 Lucan. 2, 386 Hirtam membra super, Romani more Quiritis, Induxisse togam. 449 cf. Lucan. l. c. 387 Venerisque huic maximus usus Progenies. 451 Lucan. l. c. 390 nullosque Catonis in actus Subrepsit partemque tulit sibi nata uoluptas. 455 cf. Lucan. 1, 299 per mille pericula Martis.

Limina per centum quod relligiosa uagaris,
Nostratis fidei exemplum. sic uiribus illum
Egregium corpus et maiestate decorum
Duxisti ad summam, Caesar, sine labe senectam. 460
Ergo conspicui uenerabilis area coeli
Undique contendit meritas tibi soluere grates:
Hic pro sublatis ad concaua sidera templis,
Ille quod argento gemmisque et nobilis auro
Ossa tegit solido gaudetque minora uideri 465
Astra sibi, quam quae corpus collegerit urna.
Nam tu diuitias tales exponis in usus,
Caesar, ut imperium Romanaque iura tueri
Primum rite queas; posthac uel munere diuos
Afficis, horridula uel paupertate grauatos. 470
Sed tibi coelicolum qui primum assurgat honori,
Austriacae Leopoldus erit dux inclytus aulae:
Ille tibi acceptum referet, nunquamue negabit
Promeritum, quod se patrum ueneranda potestas
Sanxerit in diuos arasque et sacra dicarit, 475
Unde pius colitur praesensque in uota uocatur.
Post ubi siderea te sede locauerit, ambo
Parcarumque colos sortisque uolubilis orbem
Dispensate manu nato caroque nepoti,
Alter ut imperii longum uoluentibus annis 480
Sceptra regat Latii felix, orbisque subacti
Iam senio fessus concedat lora Philippo,
Hic sibi iure datas mundi moderetur habenas
Cum seniore senex; numerosaque dona Sibyllae

---

466 corpus V corporis O. 468 Rhamanaque O. 479 charoque VO. 480 uoluentibus V uolentibus O.

---

462 sq. cf. Mart. 9, 3, 7 Pro Capitolinis quid enim tibi soluere templis *cet.* Stat. Theb. 7, 379 dignasque rependere grates. 471 Stat. Theb. 2, 60 trepidusque assurgit honori. 476 cf. Verg. Aen. 7, 471 diuosque in uota uocauit. 480 cf. Verg. Aen. 1, 288 olim uoluentibus annis. 483 sq. Mart. 6, 3, 8 Cui pater aeternas post saecula tradat habenas Quique regas orbem cum seniore senex cf. Spaet. l. Dicht. II, 35.

Et pater et natus, precor, aggrediantur harenas." 485
Sic fatus placidam sese demisit in undam
Amnis: at illa uago circumstetit orbe rotata
In gyrum et facili iam libera uortice fluxit.
Caesaris hic finis. quin tu iam pectora moesta
Maiestate domas? non haec sine numine coeli 490
Eueniunt, finemque sibi quae uiderit ortus
Res quaecunque timet: pereunt noctesque diesque (F. 21.)
Astraque ad occasum nullo discrimine tendunt,
Non mare, non tellus, non est immobilis aether
Atque ubi nunc terra est, forsan mare saeuiet olim 495
Danubiusque celer uiolento gurgite curret
Huc ubi nunc magnus iuga porrigit Apenninus.
An non mortales communi prodimur ore?
Mortalesque sumus? semel omnes una manet mors.
Non hic, quem gemimus, uiolenter deserit annos: 500
Natura labente cadit plenamque senectam
Absumsit matura dies, ceu poma suapte
Sponte sub arboribus passim collapsa leguntur;
Nec secus aere cauo, madidum quom defit oliuum,
Lumina paulatim languent tamque ipsa coruscat 505
Flamma diu, quam bacca uiget pariterque uidemus
Deficere exhausta dubiam cum Pallade lucem.
Sic Caesar fessus dudum languentibus annis
(Namque bis octonos Pisae perfecerat orbes)

---

507 exhausta dubiā O exhaustā dubia V.

---

485 cf. Ov. Met. 14, 145. 489 cf. Stat. Silv. 2, 1, 208 Hic finis apto. Quin tu iam uulnera sedas? 491 Stat. l. c 218 Quidquid habet ortus, finem timet. 492 Stat Silv. 2, 1, 210 obeunt noctesque diesque Astraque. 495 cf. Ov. Met. 15, 262 quod fuerat quondam solidissima tellus, Esse fretum *cet.* 497 cf. Hor. Epod. 6, 29 In mare seu celsus procurrerit Apenninus Petron. 124, 79 Büch. iuga nobilis Appennini; Viertel Jahn. Jahrb. 1868 S. 806 L. Müller de re metr. p. 144. 498 sq. Stat. Silv. 2, 1, 12 Nam populos, mortale genus *cet.* 499 Hor. Carm. 1, 28, 15 sed omnes una manet nox. 507 cf. Ov. Trist. 4, 5, 4 infusa Palide flamma.

Parcarum non fregit opus, sed stamine functo 510
Ad uacuum uitam supremis reddidit astris.
Adde quod immensum tranquilla pace per orbem
Lapsus, ad aeternam remeauit pace quietem.
Non erat ulterius uitae cur quaereret ergo,
Praecipue cum iam fugiat quodcunque malorum 515
Longa dies afferre potest sortisque proteruae
Impetus. at miseri dubio nos uiuimus astro,
Incerti quo fata trahant: an fulminis ictus
Pendeat, an bello mors intempesta minetur.
Sunt quibus exitio furor est, hunc aequora sorbent, 520
Hunc rapit ardenti funesta canicula morsu,
Illum bruma rigens boreoque autumnus hiatu.
Exitus incertus populi, quae uita sequatur,
Quid coelum fatale dabit. num pectora mulces?
An nil proficimus, nostra nec flecteris arte? 525
Huc ades aetherea, Caesar, delapsus ab arce:
Tu carum exora natum, tu lumina fletu
(Pareat ille tibi) prohibe, noctesque per omnes
Maiestate graui laetisque affatibus asta,
Ne periisse putet, uenturaque fata benigne 530
Prome palam nato dubiisque oracula rebus.

---

516 potest V. po set O. 525 nostra nec V. nostra ne O.

---

517 cf. Stat. Silv. 2, 1, 223 Nos anxia plebes, Nos miseri, quibus incertum, quibus instet fulmen ab astris. 520 Stat. Silv. 2, 1, 214 His amor exitio, furor his 213 hos aequora poscunt. 521 Stat. l. c. 216 Illos inplacido letalis Sirius igni. 522 Stat. 217 Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu. 523 Stat. l. c. 224 quis aeui Exitus incertum. 524 sq. Stat. Silv. 2, 1, 230 Tu pectora mulce 226 Nil flecteris istis? 527 sq. Stat. l. c. 231 Tu prohibe manare genas noctesque beatas Dulcibus alloquiis et uiuis uultibus inple, Et periisse nega. 531 cf. Verg. Georg. 4, 449 lassis quaesitum oracula rebus Aen. 6, 196 Tib. 2, 3, 21 trepidis petiere oracula rebus.

(12.)

Epitaphium.

Astra pius Caesar pacato ascendit ab orbe: (F. 22; 113[2].)
Talis uita fuit, qualis et interitus.

(13.)

Ad Peritiss. Consultissq: Juris Doctorem Magnificum Virum J. Fuxmag. Maximill. Romanorum Regis A Secretis C. Pau. Amalthei Epigramma.

Si ludo, Fuxmagge, tibi, qua fronte pudorem
Nostrum, quis uerbis, qua ratione tegam,
Quod tam nostra diu siluit non rustica Clio
Et scio me ueri criminis esse reum?
Si tamen admittis tenuis purgamina culpae: 5
Commoditas Musis non fuit ulla meis.
Non laurus, undasue dei, non enthea uatis
Pectora turbidulis suscipit Ister aquis.
Maecenas mihi nullus erat nec prodigus ore
Pollio restituit aruula rapta mihi. 10
Ergo qui poteram turbato pectore sortem
Et genus et mores commemorare tuos?
At cecini, dices, ad magni Caesaris urnam:
Sic defectus olor morte premente canit.
Crede mihi, incultis sterilescunt uitibus uuae 15
Nec segetes reddit non bene cultus ager.

13, 5 admitis O.

13, 4 Ov. Am. 2, 7, 28 Me non admissi criminis esse reum. 7 cf. Stat Silv. 1, 2, 227 enthea lauro Tempora. 8 cf. Ov. ex P. 3, 3, 26 astrictis barbarus Hister aquis. 14 cf. Ov. Her. 7, 1 sq. Sic ubi fata uocant, udis abiectus in herbis Ad uada Maeandri concinit albus olor Trist. 5, 1, 12. 15 cf. Spaet. l. Dicht. I, 62. 16 cf. Ov. A. A. 1, 450 Sic dominum sterilis saepe fefellit ager Fast. 2, 518 Neglectus domino pauca ferebat ager Mart. 5, 42, 4 Non reddet sterilis semina iacta seges.

(14.)

C. Pauli Amalthei Carmen Lyricum In Maximiliani Romanorum Regis Laudem.

Ecquis occurrit fidibus canoris (F. 23.)
Aut uir aut digna celebrandus heros
Laude? quid nostro potius Camenae
Tempore dicant?

Bacchus, an saeuae merito nouercae 5
Hercules latum domitor per orbem
Fingitur, pinu generosus atque
Robore clauae?

Omitto huius carminis, cuius stamina ducta sunt ex Hor. Carm. 1, 12, septem strophas seq. (vv. 9—37) longam enumerationem deorum et heroum ab antiquis celebratorum continentes.

Sit magis, Clio, mihi cura, magnum
Caesarem primo tenui referre
Tibia; quod si mihi praestet ingens
Robur Apollo, 40

Si meis Caesar faueat Camenis
Sitque Fuxmaggus mihi tuscus ales,
Quique nunc Breucos domat et superbum
Marte Bohemum,

Induam suras rigido cothurno 45
Syrmatum plantaeque trahent superbum
Atque maiori pede concitatus (F. 24.)
Bella sonabo.

---

42 Fuxmoggus. 43 Brencos.

---

1 Hor. Carm. 1, 12, 11 fidibus canoris. 2 Ibid. v. 1 sq. Quem uirum aut heroa lyra . . . sumis celebrare cf. Stat. Theb. 1, 41. 7. sq. cf. Stat. Theb. 2, 619 O. Müll. Pinea nodosae quassabat robora clauae Priap. 9, 9 L. Müll. Num tegit Alcides nodosae robora clauae. 37 cf. Hor. Carm. 1, 12, 22 tibi cura magni Caesaris. 38 cf Hor. Carm. 1, 12, 1 uel acri tibia s. celebrare. 45 cf. Verg. Ecl. 7, 32 suras euincta cothurno Aen. 1, 337. 46 cf. Senec. Herc. I 479 P. R. Auro decorum syrma trahit.

Tunc et ornatu capitis Sicambrum
Nobilem atque imis Morinum sub oris 50
Fortius bello domitum cruento
Carmine dicam.

Austrios posthac repetam penatis
Et canam Vestrae noua facta gentis,
Donec adducam numeros ad atra 55
Pannonis arma.

Hic ego Breucos referam profusos,
Qua Saus miscet latices in Istrum
Atque Taurino Sabaritas addam,
Nobile bellum. 60

Quantus in summo residens Olympo
Jupiter claros nitet inter ignes,
Tantus in terris generosa proles
Caesaris extat;

Utque frondescens adolescit alnus 65
Vere, quom passim queritur uolucris,
Quom uiret magnum rediens per orbem
Pulchrior annus,

Dulce quom spirant zephyri et benigne
Soluitur tellus grauior colonis: 70
Fama sic sese subigit sub auras
Maximiani.

---

57 Hicc, *an* hinc? 67 Qum. 71 Phama.

---

49 cf. supra p. 12; 32. 51 cf. Hor. Carm. 1, 12, 54. 53 cf. Hor. Carm. 3, 14, 3 Caesar repetit penates. 57 cf. Plin. N. H. 3, 25 (28), 147 Sauus per . . Breucos. 60 cf. Hor. Epist 2, 3, 137 cantabo et nobile bellum. 62 cf. Hor. Carm. 1, 12, 46 micat inter omnes Julium sidus, uelut inter ignes Luna minores Senec. Phaedr. 756 Stat. Silv. 2, 6, 36 Spaet. l. Dicht. I, 24. 65—71 cf. Hor. l. c. 45 Crescit occulto uelut arbor aeuo Fama Marcelli *et* Verg. Ecl. 10, 74 Quantum uere nouo uiridis se subicit alnus (subrigit Prag. *cf. Kvičala Verg. Stud. 210*). 66 cf. Hor. Epod. 2, 26 Ov. Am. 3, 1, 4 latere ex omni dulce queruntur aues. 69 cf. Ov. Met. 9, 661 sub aduentu spirantis lene Fauoni Sole remollescit.

Di, quibus cordi decor est honesti
Quique uel rectum colitis uel aequum,
Huic date o tandem superare gentem 75
Marte ferocem.

Ille post aequo domitum triumpho
Pannonem in saeuos parat arma Turcas
Et Palaestinam penitus Quiritum
Reddere regno, 80

Ut nihil nostro uigeat sub aeuo
Maius in terris populo fideli,
Quem uetus nusquam ueniens nec olim
Viderit aetas.

Caesar huic mundi tribuens habenas 85
Viuat et fato meliore natum
Magna cedentem uideat nepoti
Sceptra Philippo.

(15.)

Ad Virum Nobiliss. Sapientiss. Que D. Jo. Fuxmog. Magni Caesaris Consiliarium C. Pau. Amalthaei Ode.

Ecce iam montes niuibus liquescunt,
Glaeba iam putris zephyro mouente
Soluitur, cunctis uigor et uenustas
Rebus inesse

Cernitur; merces parat inquietus 5 (F. 25.)
Littore et siccas machinis carinas

14, 73 Dii 85 mondi.

---

73 cf. Hor. Carm. 1, 17, 13 dis . . Musa cordi est. 77 Hor. Carm. 1, 12, 54 Egerit iusto domitos triumpho. 82 Hor. Carm. 4, 2, 37 Quo nihil maius meliusue terris cf. Ov. ex P. 3, 1, 127 qua nihil in terris . . . Clarius. 83 cf. Ov. ex P. 2, 6, 27 Quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas. 85 sq. supra p. 18. **15,** 2 Verg. Georg. 1, 44 et zephyro putris se glaeba resoluit. 5 cf. Claud. VI. Cons. Hon. Praef. 7 Permutat nauita merces. 6 Hor. Carm. 1, 4, 2 Trahuntque siccas machinae carinas.

Nauta deducit celer et perosus
Ocia currit,

Siue qua saeuis Arar et Garumna
Defluunt undis Rhodanusque uelox, 10
Siue qua Syrtis uada criminosae
Cogit harenae,

Siue qua Tigris patriaeque consors
Lambit Euphrates populos beatos.
Rusticus fortes rigido iuuencos 15
Jungit aratro,

Miles accepto sagulo atque uallo
Sarcinis lectis inimicus hostem
Fortis inuadit fluidoque manant
Funera tabo. 20

Ergo quid Caesar, quid agat uenusta
Caesaris proles, modulare Clio.
Ille secretos penitus meatus
Intrat Olympi;

Stella quae nato faueat, quis ortus 25
Aptior bello meditatur atque
Mente praesenti meliora nectit
Postera lapsis.

Caesar occulti bonus est aruspex,
Non egens fibris ouium boumue, 30
Sed nec apprensa regione coeli
Praepete penna.

Distat hinc multum generosa proles

---

9 sq. cf. Claud. in Ruf. 2, 111 Quos Rhodanus uelox, Araris quos tardior ambit Quosque rigat retro pernicior unda Garumnae. 11 cf. Hor. Carm. 1, 22, 5 Siue per Syrtes iter aestuosas. 14 cf. Ibid. 7 uel quae loca fabulosus Lambit Hydaspes. 15 sq. cf. Verg. Georg. l. c. 45 tum mihi taurus aratro *est*. 19 cf. Ov. Met. 6, 646 manant penetralia tabo Lucan. 2, 125 maduerunt robora tabo. 27 cf. supra p. 20. 30 sq. cf. supra p. 21. 38 cf. Senec Oedip. 110 PR. Cadmi generosa proles.

Caesaris cura studioque, et alta
Calle diuerso petit ociosi 35
Regna Tonantis.

Hic Theramnaeos superat gemellos,
Cessit Alcidesque feroxque Bacchus,
Nec minus tetrae domitor Medusae
Atque Chimaerae. 40

Ergo collectas lituo phalanges
Ducere in Martem parat et rebelles
Pannones aequo superare bello
Alite dextro:

Qualis in coelo superum cohortes 45
Thracius quondam deus ordinatim
Laetus instruxit dedit et feroci
Signa Typhoeo,

Phoebe (si recte memini) canoro
Aere mutaras citharam nec arcu 50
Sordidus tota penitus fugasti
Mole Gigantas,

Jupiter summa iaculans ab arce
Pelion telo ruit atque Olympum.
Hei mihi haud fas est homini deorum 55
Sceptra tenere!

Pannon infelix miseret tui me; (F. 26.)
Non uides, quae te maneat ruina?
Jure nec certo, nec adhuc probante
Numine pugnas. 60

---

50 cytharam. 51 fugastis. 57 Infoelix

---

37 cf. Stat. Theb. 7, 793 Therapnaei fratres. 40 cf. Ov. Trist. 2, 397 domitore Chimaerae. 49 cf. Ov. Met. 8, 704 aere canore Signa dedit. 50 cf. Hor. Carm. 3, 4, 60. 53 Ov. Fast. 5, 41 Fulmina de coeli iaculatus Juppiter arce *cet.* 54 cf. supra p. 8. 60 cf. Hor. Carm. 1, 2, 19 Joue non probante.

Antequam Maiae redeant Calendae,
Undique accensam patriam uidebis
Marte, Vulcano, fame, caede, luctu,
Milite nostro.

Anne iam nosti dominum Quiritum, 65
Quem graues aiunt domuisse Belgas,
Nota num uirtus Jacobi et artes
Christophoreae?

Scimus aspersum caput atque manes
Mathiae inuisos superis et Albam 70
Esse sub magni ditione sceptri
Maximiani.

Ista te iusti monuere Diui,
Ut semel scires quid agas, quid ultra
Proderis: solues meritas fluenti 75
Sanguine poenas.

Nam deum semper pede negligenti
Ira praecedit grauiusque tanto
Plectitur sons, quo mala longiori
Distulit aeuo. 80

(16.)

Cimbriaci Poetae Eucticon ad Dominum Caesa.

Caesar honorati clarissima gloria mundi,
Quem caelum et terrae, quem uenerantur aquae:
Quae damus exculti non multum carmina plectri,
Accipe de nostra munera parua manu,
Quamuis Aetnaeo nullae mihi pumice rasae 5

---

75 cf. Ov. Fast. 4, 289 meritas do sanguine poenas. 77 cf. Hor. Carm 3, 2, 31 pede poena claudo Val. Max. I, 1 fin. Lento enim gradu diuina procedit ira: tarditatemque supplicii grauitate compensat. **16,** 4 cf. Paneg. Messal. 7 nec munera parua respueris. 5 cf. Mart. 1, 117, 16 rasum pumice.

Corycium chartae non oluere crocum.
Qualiscunque tamen nostri sit charta libelli,
Hic laudes, Caesar, hic tua facta leges.
Non tamen exiguum munus contemne: daturus
His maiora tibi (si licuisset) eram. 10
Non tantum oceanum propellit gurgite Rhenus
Corniger aut Scythicas concutit Ister aquas:
In mare prorumpunt riui. quom uictima defit,
Accipiunt sacri thura Sabaea foci.
Sic Pylii longos uiuas tibi Nestoris annos, 15
Sic et Cumaeos Iliacosque dies;
Sic inter diuos habitus Leopoldus et idem
Marchio et Austriacae gloria prima domus,
Quemue colis tanta, Caesar, pietate, per auras
Sic te Christophorus lucida in astra ferat; 20
Sic Tuus imperio succedens filius olim
Vitam composita pace quietus agat. (F. 27.)

(17.)

Cimbriaci Poetae Tetrastichon Ad Do. Caesarem Ut Car. Audiat.

Caesar, ut auscultes unam te poscimus horam
Et nati laudes et tua facta simul:

16, 6 Coricum O Choricum V. *correxi, cf. Hor. Sat. 2, 4, 68 et locos infra adscriptos.* 19 Queue O.

---

6 cf Mart. 3, 65, 2 Quod de Corycio quae uenit aura croco Prop. 5, 1, 16 Pulpita sollemnis non oluere crocos. 9 cf. Ov. ex P. 4, 8, 67 Non potes officium uatis contemnere *cet.* 13 cf. Stat. Silv. 1, 4, 34 sq. Nec tu . . . . Sperne coli tenuiore lyra . . . . in oceanum riui cecidere minores. 14 cf. Ov. Trist. 2, 75 Sed tamen ut taurorum sanguine, Sic capitur minimo turis honore deus; Paneg. in Messal. 14 sq. *et supra p.* 2. 15 cf. supra p. 6 *et* Ov. ex P. 2, 8, 41 Sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos Viuant. 18 Consol. ad Liv. 366 erat gloria summa domus.

Nec tamen argentum de te nec quaerimus aurum:
Caesaris est nobis gratia sola satis.

(18.)

Aquila D. Maxi. Reg. Rom.

Ut me non terrent Phlegraei tela furoris
Et uocor aegiochi sancta ministra Jouis,
Sic te nulla mouent Getici saeua agmina Martis,
Rex ingens, regum Maximiane decus,
Quoi modo Sigei paret diadema Quirini: 5
Sic patre et Hernesto sis mihi maior auo.

(19.)

Cimbriaci Poetae Distichon De Deo et Caesare.

Astra deo nil maius habent, nil Caesare terra:
Si terram Caesar: sic regit astra deus.

(20.)

Cimbriaci Poetae Protrepticon Ad Suum Libellum.

De his uersiculis, typis quidem iam expressis (postremo ap. Freher. a. 1624) sed ibi uario modo mutatis, et de causis, propter quas nihilominus id et sequens carmen, multo magis etiam in ueter. edit. mutatum et auctum, ex parte saltem ex nostr. cod. descripsi ac recepi, uariis lectionibus edition. quoque (secundum Freher.), donec retractationis ratio, h. l. pro illis temporibus haud prorsus ingrato exemplo demonstranda, satis euidens fieret (usque ad v. 464 II. carm.), infra additis, uideas, quae in Proleg. dixi.

18, 5 quo V sygei O. **19,** 2 si — si V si — sic O.

17, 3 cf. Mart. 5, 59, 1 Quod non argentum, quod non tibi mittimus aurum. **18,** 5 Sigei cf. Sil. 9, 203 *et* Juuen. 8, 259 et diadema Quirini. 6 cf. Prop. 5, 6, 38 Hectoreis cognite maior auis. **19,** 1 sq. Ov. ex P. 1, 2, 100 Alma nihil maius Caesare terra ferat Fast. 2, 131 Hoc tu per terras, quod in aethere Juppiter alto *cet.* cf. Hor. Carm. 1, 12, 57 Ov. Met. 15 858 sq.

Si non uis calamos seueriores,
Si non uis domini pati asteriscos
Et tantum properas foras abire,
Non uis esse diutius libelle;
Nam te grammatici scientiores 5
Explodent subito ex suis cathedris.
Tunc raptus miser in graues coquinas
Ad scombros uenies salariorum.
Cum de te facient nouos cucullos,
Ridebunt scioli, mihi papyros 10
Et frustra nimium perire noctes,
Patronum nisi habebis Hermolaon
Scitum (Juppiter) et bonum poetam,
Doctum praeterea meum Sabellum
Et laetum citharae politioris, 15
Quem nunc Pannonii audiunt canentem,
Quin et Callimachum lyrae magistrum,
Quem nunc laudibus efferunt Poloni
Et nostrum Merulam grauem sophistam.
Hos si nactus eris tibi patronos, 20
Tum ridere ciconias licebit
Et ianuam et pueros salariorum
Et nasum senis Urii trilibrem.

---

2 pati F; *deest haec uox in Cod. VO, sed est restituenda ob metricas rationes et ob apertam Martialis imitationem cf. infr.* 5 sqq. Et cum grammaticis statim cathedris Explosus miser in graues coquinas, Ad scombros uenies salariorum, Ridebunt scioli *cet.* F. 6 e O; 14, 15 *omis.* F. 15 saecū O latum V laetum *scripsi.* 16 sqq. Et quem Sauromatae audiunt canentem Curuae Callimachum lyrae magistrum, Aut grande Aonidum decus sororum Laetum, qui Illiadae docet nepotes Hos si nactus eris *cet.* F. 22 *deest* F. 23 Et nugas et ineptias Suillae F.

---

1 sq. cf. Mart. 1, 3, 9 ne totiens domini patiare lituras Neue notet lusus tristis harundo tuos. 7 Mart. 3, 2, 3 Ne nigram cito raptus in culinam. 8 Mart. 4, 86, 8 sq. scombris tunicas dabis molestas . . . ad salariorum curras scrinia *cet.* 9 Mart. 3, 2, 5 Vel turis piperisue sis cucullus. 13 cf. Catull. 1, 7 Doctis, Juppiter *cet.* 20 sq. cf. Mart. 4, 86, 6 sqq. Mart. 3, 2, 12 Illo uindice nec Probum timeto; ciconias cf. Pers. 1, 58. 23 cf. Mart. 1, 3, 6 Et pueri nasum rhinocerotis habent.

(21.)

Q. Aemiliani Cimbriaci Poetae II. Lau. Encomiasticon Ad Do. Frid. Caesa. Imperat. Et Maxi. Reg. Principes Inuictiss.

Ea, quae de huius quoque carminis forma ualde in MSS. et Edit. discrepante supra iam dixi, etiam Liruti testimonio comprobantur, qui, ut demonstraret, sui codicis textum editionibus praestare, decem uersus (vv. 16 sqq. cf. p. 385) ex eo exscripsit atque ita ad nonnullos saltem uersus nobis auxit adparatum crit., qui ad eius temporis studia poetica etiam in retractandi genere paullo adcuratius illustranda quaedam conferre possit. (L = Cod. Lirut.)

Asteridos carmen pleno iam lusimus haustu, (F. 28.)
Quo Turcarum acies et tristia bella canebam
Vexatamque Rhodon partumque ex hoste trophaeum.
Nunc mihi fert animus laudes efferre per orbem
Caesaris et factum, quo iam se gloria caelo 5
Tollit et immensum spargit per saecula nomen
Austriacae gentis tam longo stemmate auorum
Nobilis et magno praesentis numine Diui.
Sed mihi pertenues sunt hoc in carmine uires
Nec sufferre queo magnarum pondera rerum: 10
Ergo Castalides, praesentia numina uatum,
Ferte pedem mecum facilesque in uota uenite,

Hemyliani O 1 Asterides V tenui praelusimus orsu F. 2 inimicaque bella F. 3 Pulsatamque F. 4 fer' O uulgare F. 5 Caesaris, ac gestis sic addere rebus honorem *Post* 5 *interpositi 4 uers F.* 6 sperat F. 8 numine Regis F *Post* 8 *denuo adiecti sunt 4 uers.* F. 9 quamuis in carmine uires Sint mihi praetenues tantarum ad pondera rerum F.

---

3 cf. Verg. Georg. 3, 32 Et duo rapta manu diuerso ex hoste tropaea Anth. L. 1, XI, 1 Ries. 4 cf. *supra p.* 33. 6 Verg. Aen. 6, 235 aeternumque tenet per saecula nomen Stat. Theb. 2, 486 Anth. L. 11, 162 Ries 7 cf. *supra p.* 34. 9 sq. cf. Paneg. Messal. 2 ut infirmae nequeant subsistere uires *cet.* 10 cf. Ov. ex P. 2, 5, 30 Nec potui coepti pondera ferre mei. 11 Ov. Met. 15, 622 Musae, praesentia numina uatum.

Si uestrum ingenti quondam perculsus amore
Sacra fero citharamque mouens plectrumque canorum
Sedulus ingredior Musarum templa sacerdos. 15
Tu quoque Cirrhaei, Caesar, mihi numinis instar
Quaeso faue coeptis: tibi si mea plectra mouentur,
Si tua Daphneis cinxit mea tempora ramis
Et me Palladio quondam manus induit auro,
Qua flectit Naucellus aquas nec gurgite recto 20
Austriaci placidus labens prope tecta Naonis
Currit in Adriacos amisso nomine fluctus.
Et Tu Sigei custos et nominis auctor,
Maximiane, decus bellorum et gloria Martis,
Haec quoi nostra sonant diuinos carmina honores, 25
Ingredere ad citharam et uotis assuesce uocari.
Aspicias uatem iam nunc tua facta canentem,
Non quo terribilem prosternis Teutona uultu
Gallorumque duces et duros caede Sicambros
Aut Morinos Celtasque truces Batauosque furentis, 30
Sed quo pacatum moderaris Apolline Martem,

---

13 Si uestro quondam solum pellectus amore F. 14 sonorum F. 16 Tu quoque OVL. Et tu F. 17 mea si tibi L. F. 18 praecinxit tempora F. *Post* 19 *inserti 2 uers.* Annorum lustris nondum mihi quatuor actis, Sponte tua sacros dignatus tradere lauros L. F. *tertius etiam additus:* Bellorum lauros, studiorum praemia lauros L. 20 qua gurgite curuo L qua torquet — ac gurgite flexo F. 21 *om.* F. 22 Raptus in Adriacos currit sine nomine fluctus. 23 Tu quoque F sygei O. 24 Maxmiliane, mihi decus admirabile et orbi Summaque Strimonii *(sic)* uel debita gloria Martis F. 25 Cui nunc diuinos resonant mea c. h. F. 26 uotisque F. 27 Aspice Cimbriacum F. 28 Theutona OV 29 acies F. 30 Bathauosq: OV.

---

13 Verg. Georg. 2, 475 Musae, Quarum sacra fero ingenti percussus amore. 15 cf. Prop. 4, 1, 3 Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos Ov. Am. 3, 8, 23 Ille ego Musarum . . sacerdos. 17 Ov. Her. 3, 113 Tibi plectra mouentur. 19 Stat. Silv. 4, 2, 67 Palladio tua me manus induit auro. 26 Verg. Georg. 1, 42 Ingredere, et uotis iam nunc adsuesce uocari cf. Lucan. 2, 32. 28 cf. Ov. Fast. 1, 3 Excipe pacato, Caesar Germanice, uoltu.

Quom tibi Cecropias resonat facundia uoces
Et loquitur tecum positis Tritonia monstris.
Caesar ut in senium se iam uergentibus annis
Ire uidet minuique in fesso corpore uires 35
Ad bellum et duri iuuenilia munera Martis,
Etsi non animi uirtus ita pigruit aeuo,
Ut non spectatis quidnam descendat ab astris
Huc sciat et quantum terris promittat Olympus:
In longum coepit magnas extendere curas 40
Sollicitus, regnis obita post morte futurum
Quem statuat regem, quisnam succedat habenis
Imperii currusque regat pacemque per urbes
Componat sceptrumque uigens aetate Quiritum
Induat ac fidei totum uexilla per orbem 45 (F. 29.)
Proferat et saeui concludat limina Jani.
Ceu quondam Libyes pastor confectus ab aeuo
Extremis alium quaerit fugientibus annis,
Quoi tuto committat oues, ne tristibus olim
Praeda lupis fiant: sic diuus Caesar ob aeuum 50
Jam grauis et custos hominum tutorque fidelis

---

34 sqq. *ualde mutati:* Caesar ubi proprias sensit torpescere uires *cet.* F. 40 grandes F. 41 sqq. *contracti:* Quis quondam imperii currum moderetur habenis Plus aetate uigens, maiorque ad munia Martis Surgat et ad pacem F. 47 sq. qualis confectus ob aeuum Getulus *(sic)* quondam pastor, cui regna relinquat, Extremis *cet.* F (v. 52). 49 Quoi V cui O Cui proprias committat oues, doceatque repertos Fontes et raris habitata mapalia tectis (cf. Verg. Georg. 3, 340) F. 50 sqq. Haud aliter Caesar, numen uenerabile terris, Atque decus fidei Christique uicarius alter, Siue secundus apex, cui regna *(sic)* tradat habenas, Quaerebat, terris ubi cedet debitus astris: Ne sacrum imperium rapiat dum perfidus hostis, Seruitioque premat *cet.* F.

---

32 cf. Ov. l. c. 21 Quae sit enim culti facundia sensimus oris. 33 cf. supra p. 27. 34 Lucan. 1, 129 alter uergentibus annis In senium. 36 Ov. Rem. A. 153 Vel tu sanguinei iuuenalia munera Martis. 40 cf. Verg. Georg 2, 405 curas uenientem extendit in annum. 46 Lucan. 1, 62 belligeri compescat limina Jani. 47 Verg. Aen. 11, 85 aeuo confectus.

Sectae nostratis Christique uicarius alter
Atque secundus apex uoluens in pectore curas
Quaerebat secum, quoi tuto traderet olim
Romanas aquilas et regni frena secundi, 55
Ne rapiant hostes, superis ubi cesserit oris,
Seruitioque premant gentis uexilla fidelis.

vv. 58—196 interposita notarum eius temporis condicionum uerbosa enumeratione pergit poeta ad principum conuentum de eligendo rege Francofurti habitum, ubi etiam Bernardus Perger aderat et Fuchsmagen, de quo in cod. hi uersus, qui in edit. prorsus sunt omissi:

Et citharae carus nostrae Fuxmaggus et idem 175
Nunc in Caesarea consultor nobilis aula,
Cui plus indulsit rerum natura creatrix:
Bis senos manibus (grande et mirabile dictu)
Et totidem pedibus digitos produxit alumno.

Concilii ipsius descriptionem poeticam, quae sequitur, adpono.

Tum senior Caesar placido sic pectore fatur
Concilii expositis longo prius ordine causis:
„Nunc legite ex uobis unum, qui frena secundi
Succipiat regni et currum moderetur habenis, 200
Quas ego cedo libens. Nam me iam serior aetas
Admonet et labens fidei res publica nostrae, (F. 32.)
Ut mihi succedat, qui fortia munera Martis
Tractet et immensum pacem diffundat in orbem
Plus aetate uigens. Quoi, dum per fata licebit, 205

---

175 sqq. *desunt* F. 197 Tum breuiter F. 199 ex uobis unquam F. 200 Accipiat F. 201 quando iam serior aetas F. 202 Admouet O.

---

53 Lucan. 1, 272 uoluentem pectore curas cf. Spaet. l. Dicht. I, 47. 56 Verg. Aen. 2, 91 superis concessit ab oris. 177 Lucr. 1, 629; 2, 1117 *Bern.* rerum natura creatrix. 178 Verg. Georg. 2, 30 *et saep.* mirabile dictu. 197 Verg. Aen. 1, 521 placido sic pectore coepit. 199 cf. Ov. ex P. 4, 13, 27 qui frena . . . ceperit imperii; ex P. 2, 9, 33. 200 cf. Ov. Met. 6, 223 graues moderantur habenas. 201 cf. Tib. 1, 4, 33 premeret quum serior aetas. 205 cf. Ov. Met. 13, 884 solum per fata licebat.

Addam me socium auxiliis: nam grandior aetas
Consilio prodesse potest, si uiribus uti
Non liceat. Pylius sic post duo saecula Nestor
Profuit, iratus quum non pugnaret Achilles,
Victores caderent Danai.“ Sic fatus Olympi 210
Alloquitur regem, quoi parent sidera mundi
Caeruleique maris tractus terraeque iacentes:
„Da pater omnipotens (si non indebita posco),
Qui regat imperium mecum, dum uita manebit,
Et post fata meas in totum sumat habenas 215
Regnorum et saeuos pugnis exerceat hostes
Tuteturque fidem, cuius studiosus in oras
Victor Idumaeas Romani insignia sceptri
Proferat ac gentes bello contundat et omnem
Perfidiam reprimat Solymorumque asserat urbem, 220
Quae mea cura fuit. scis tu, pater optime rerum
Et sine fine Deus, quondam uoluisse fideles
Nostratis fidei, me auctore et principe, reges
Concilio in magno contra capere arma furores
Turcarum et saeuas bello conpescere gentes; 225
Verum aliter uisum fatis. da sancte Deorum

---

206 sq. socium, ac monitis opibusque iuuabo, Sim licet ipse senex, quando uel grandior aetas F. 207 Consiliis — sic uiribus F. 210 Sub Phrygiis caderent F. 211 Alloquitur regem, si non indebita posco, Da pater omnipotens, cui parent *cet.* F. sydera OV F. 216 ac saeuos bellis F. 219 armis contundat F. *Post* 220 *uersus interpositus*: Ac Domini natale solum sanctumque sepulchrum F. *Post* 221 *duo uers. inserti* F. 222 sq. Et sine fine Deus, qui nutu sydera torques, Qui super astra sedes, fidei uoluisse potentes Nostrai quondam me auct. F. 224 Consilio O *Post* 225 *tres uers. additi* F.

---

206 cf. Ov. Met. 6, 28 sq. grandior aetas . . . Consilium ne sperne meum. 209 cf. Hor. Ep. 2, 2, 42 Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles. 212 Verg. Aen. 1, 224 mare ueliuolum terrasque iacentes. 213 Verg. Aen. 6, 66 da, non indebita posco. 214 Ov. Trist. 2, 166 Imperium regat hoc cum seniore Verg. Aen. 5, 724 dum uita manebat. 226 cf. Verg. Aen. 2, 428 Dis aliter uisum. Verg. Aen. 4, 576 te sancte deorum.

Quod petimus dexterque animis illabere nostris."
Vix ea fatus erat, quum caelo flamma corusco
Arsit et in coetum uisa est descendere longis
Tractibus et circum rutilos depascere crines, 230
Maximiane, tuos, capiti et signare coronam.
Agnouere dei numen regemque salutant
Et patri ob tantos cuncti gratantur honores
Imprimisque deo soluunt ex ordine grates.
Tum uarios edunt ludos et fronde coronant 235
Aedes quisque suas mensisque epulantur opimis,
Perque uias saltant et laeti carmina dicunt.

Versus sqq., quos Paulus Amalth. laudauit (cf. supra p 31), poetarum phrasibus magis quam narrationis copia insignes, de Maximiliano rege a Brugis capto et postea per patrem liberato exponunt, de pii regis dolore ob amicos a Belgis supplicio affectos, cet.; adscribo eos tantum, qui cum historicorum testimoniis nobis adseruatorum (inter quae apud Lichn. etiam epistula Fuchsmag.) comparati duplicem quodam modo, et historico et philologo, delectationem adferre possint, uersus dico de Brugae incolis ueniam petentibus et de gaudio Imperatoris Friderici ob filium receptum; quibus deinde finem carminis adiungo, in quo poeta, quamquam fessum se dicit, in celebranda principum laude antiquorum exempla imitatus denuo adsurgit.

Hoc tu consilio, factis clarissime Caesar, (F. 37.)
Cessisti nato Sigei regna Quirini. 465
Pro quo nunc capis arma senex et Martia signa
Tollis in aduersos Belgas stragemque minaris
Excidiumque urbis; caput obiectare periclis

---

227 Quae; meis i. uotis F. 228 caelo cum flamma sereno F. 229 et in medium F. *Post* 231 *uers. ualde mutati et numero aucti sunt* F. 465 Sygei O.

---

227 Verg. Aen. 3, 89 atque animis illabere nostris. 228 sq. Verg. Aen. 1, 586 Vix ea fatus erat, cum *cet.* cf. Ov. Fast. 6, 635 cum caput igne corusco Contigit inque comis flammeus arsit apex. 230 cf. Ov. Met. 2, 319 rutilos flamma populante capillos. 232 cf. Verg. Aen. 9, 659 Agnouere deum Ov. Met. 7, 651 adeunt regemque salutant. 236 Verg. Aen. 3, 224 dapibusque epulamur opimis. 465 cf. supra p. 47. 468 Verg. Aen. 2, 751 *Stat casus* renouare omnis . . . et rursus caput obiectare periclis.

Stat tibi et infestis subito concurrere telis,
Ni reddant natum Brugae portasque recludant 470
Satque tibi faciant. Ergo te principe magni
Auctores coeunt et clari Martis alumni
Coniurant urbes Brugarum excidere ferro,
Sternere caede uiros, captiuas ducere matres,
Vastáre igni agros, igni populare penates, 475
Praedarique domos penitusque extinguere gentem.
Aulide sic quondam tumidis iurauit Atridis
Graecia tota, genus bello delere uetustum
Dardaniasque arces et clarae moenia Troiae.
Jam quicunque colit pallentia frigora Rheni 480
Germanasque urbes et fortis Teutonas arces
Ibat in arma furens bello camposque per omnes
Brugarum excurrens praedas rapiebat, et omnis
Igne domos ferroque urbes tristique ruina
Vastabat Germanus eques propiusque ruebat. 485
Hac clade impulsi Brugae tibi reddere natum
Constituunt, ueniamque orare ac supplice uoto
Caesaris ante pedes proiecti exposcere pacem.
Ergo humiles adeunt regem portisque reclusis
Illum assertorem patriae dominumque salutant 490
Et seruatorem, referentes ordine cuncta
In laudem aeternumque decus, quae gesserat olim

* * *

470 reddeant O. 476 Preclarique O. 481 theutonas O. 482 bello campos per omnes O.

469 Verg. Aen. 11, 117 his mecum decuit concurrere telis. 473 cf. Verg. Aen. 6, 558 Auct. Nuc. 179 excidite ferro. 474 Verg. Aen. 10, 119 sternere caede uiros. 475 Verg. Aen. 1, 527 aut ferro Libycos populare penatis. 476 cf. Verg. Aen. 9, 137 ferro sceleratam excindere gentem Aen. 4, 425. 477 cf. Verg. Aen. 4, 426 Aulide iuraui *cet.* cf. Hor. Carm. 1, 15, 6 sq. Graecia coniurata rumpere . . regnum Priami uetus. 479 Verg. Aen. 5, 810 periurae moenia Troiae cf. Ov. u. s. V. II, 76 Spaet. l. Dicht I, 58. 488 Verg. Aen. 8, 261 sed uotis precibusque iubent exposcere pacem.

. . . Per facta haec fortia Brugae (F. 38.)
Suppliciter ueniam poscunt regemque precantur:
Per patris imperium, per spes surgentis alumni,
Per caput utriusque et inexorabile fatum,
Per decus ipsius, per facta futura sub armis 530
Et famam et laudes uenturumque in saecula nomen,
Per soceri manes, per carae coniugis umbras,
Per cineres matris, per sidera conscia fati
Orant, ut parcat fassis dominamque potentem
Fortunam agnoscat: sese, qui cetera uincit, 535
Nunc etiam uincat, cum nec uictoria maior
Esse queat, nec plus laudis paritura per aeuum.
Addunt, magnanimo regi praestantius esse
Incolumes seruare suos, quam caedere ferro,
Quos iam paeniteat sceleris; pro sanguine posse 540
Tantas esse preces satis et miserabile fatum.
Sic illi sparsi laceratos puluere crines
Nudatique pedes et uincti guttura fune
Orabant ueniam ac demisso pectora uultu
Plangebant manibus, uitam pro morte petentes. 545
Tum rex excepit: „Sileam, quam plurima possem (F. 39.)
In uos ferre, uiri. Lacrimas non deprecor istas,

---

532 charae O. *Post 545 omisi 23 uers. easdem fere preces repetentes.* 546 Syleam O.

---

528 Verg. Aen. 6, 364 Per genitorem oro, per spes surgentis Juli. 529 Verg. Georg. 2, 491 et inexorabile fatum. 531 cf. Verg Aen. 6, 235 Stat. Theb. 2, 486 sanctum populis per saecula nomen. 533 Verg. Aen. 4, 519 et conscia fati Sidera. 534 cf. Ov. Her. 15, 11 Parce, precor, fasso. 535 sq. cf. Ov. Her. 9, 107 quanto te . . . quam quos uicisti, uincere maius erat; *ad rem* Lichn. l. c. Beil. VIII Vnd sein gnad Ermonend das gutigkait und parmherczigkeit die grosste tugent wer. 541 cf. Ov. ex P. 4, 6, 3 uoluit miserabile fatum 542 Verg. Aen. 12, 99 foedare in puluere crines. 545 cf. Ov. Met. 2, 584 plangere . . . pectora palmis; *ad rem* cf. Lichn. l. c. auf iren knyeen gelegen und ir hennde zusamen geslagen und aufgereckt Beil. VI: und so lanng die Red weret, lagen die von Prugk mit geualten hentten auf der Erden. 546 cf Verg. Aen. 4, 114 Tum sic excepit regia Juno.

Nec gemitus sperno nec tam pia uerba precantum.
Fórtunae inuidiam agnosco. ne flete. libenter
Hanc ueniam uobis damus et miserescimus ultra, 550
Quam deceat, si uestra uelim, non uerba, sed ipsa
Facta sequi aut meritas ex uobis sumere poenas.
Sed uos excusant fletus, si fraude doletis
Semota et uere facti uos paenitet isti.
Quod si per fraudes et me per falsa mouetis 555
Gaudia, post magni uenientia Caesaris arma
Ultorem sperate Deum; mihi cedere regnis
Et uita, quando uolet haec fortuna, placebit".
Sic breuiter fatus manibus leuat ipse iacentes.
Continuo laetis implent clamoribus auras 560
Incenduntque aras uotis et thure Sabaeo
Suppliciterque Deis operantur; et urbe reclusa,
Quo uelit, ire sinunt regem, comitesque sequuntur
Electi turmas et patris signa petentem.
Quem cum uidisti, bello clarissime Caesar, 565
Incolumem, lacrimis maduerunt lumina obortis
Et tibi sollicitum tentarunt gaudia pectus:
Quanta olim mouere senem, quum uenit Ulixes
Quattuor expletis per bella, per aequora lustris.
Tu natum incolumem manibus conplexus utrisque 570

555 monetis O. 566 ab ortis O. 568 Ulysses *sed infr.* 22, 7 *recte* Ulixes O.

548 *legebat poeta in* Verg. Aen. 7, 237 ac uerba precantum. 550 cf. Verg. Aen. 2, 145 et miserescimus ultro. 552 cf. Verg. Aen. 6, 501 crudeles optauit sumere poenas. 554 cf. Neue Formenl.[2] II, 209. 561 Verg. Aen. 3, 279 uotisque incendimus aras Aen. 1, 416 centumque Sabaeo Ture calent arae; *ad rem* cf. Lichn. l. c. Beil. VI: und hueben an die Gweichten zu singen das Lobgesang Te deum *cet.* Fugger E. 998. 566 cf. Ov. Met. 11, 418 lacrimisque genae maduere profusis Her. 8, 107 lacrimis oculi funguntur obortis. 567 Verg. Aen. 1, 502 tacitum pertentant gaudia pectus; *ad rem* cf. „Schreiben des Dr. Fuxmag an Erzh. Sigmund" Lichn. l. c. Beil. IX: wenig waren dy mit dem alten vatter nit zu trahern bewegt wurden 569 cf. Ov. A. A. 3, 15 lustris errante duobus Et totidem lustris bella gerente uiro ex P. 4, 16, 13 Ulixen Errantem saeuo per duo lustra mari.

Oscula anhela dabas: longaeuus qualiter Aeson,
Raptor ut ad patriam Phrixei uelleris urbem
Venit et Jonium pulsauit remige pontum,
Oscula mille dabat post tanta pericula nato
Victori et superis soluebat uota secundis: 575
Sic tu Romani, Caesar, iam nominis auctor
Imperiique decus reddebas debita magno
Sacra Deo supplex pro nato sospite ad aras.

* * *

Sed mea fessa lyra est, possum nec plectra mo-
uere (F. 40.)
Et tua maiores auertunt pectora curae,
Quas propter longis superasti tractibus Alpis 620
Italiam uisens, cuius te, Maxime, adorat
Gens Venetum et praesens magnos largitur honores.
Tu mihi testis ades domina legatus ab urbe,
Antoni Bolde, clarissima gloria gentis
Et spes et Veneti non ultima fama senatus. 625
Verum tempus erit, quum me tua bella sonantem
Germanasque acies laetus mirabitur orbis,
Quo se cunque dabunt maiores tempore uires
Et sperata meos hilarabunt otia uultus,
Quae solus praestare potes: qui sponte dedisti 630
Phoebeas circum crines mihi serpere lauros.
Quare uiue diu, totos et Nestoris annos
Transcendas, uenerande senex, (si iusta precamur)

618 lira O.

572 cf. Ov. Met. 7, 7 Phrixeaque uellera poscunt. 573 cf. Prop. 4, 22, 11 propellas remige Phasin. 574 Ov. Am. 2, 18, 10 oscula mille dedit. 620 cf. Lucan. 2, 630 immensis tractibus Alpes. 622 cf. Hor. Epist 2, 1, 15 Praesenti tibi maturos largimur honores. 626 cf. Stat. Theb. 1, 32 Tempus erit, quum *cet.* Silv. 4, 2, 66 Quum modo Germanas acies modo Daca sonantem *cet.* 630 cf. Ov. Trist. 2, 235 quae gentibus otia praestas. 631 Verg. Ecl. 8, 13 sine tempora circum Inter uictrices hederam tibi serpere laurus. 632 cf. supra p. 6 *et* Stat. Silv. 4, 3, 150 Quot fertur placidos obisse Nestor, Quot Tithonia computat senectus.

Tithonique dies, quamuis te regia coeli
Optet et inuideat terris tua numina, Caesar! 635
Tu quoque, belligerum quoi nuper tradidit ensem
Caesar et Ausoniae concessit iura coronae,
Viue diu felix et tantis suffice regnis,
Ut te fama uetus longos diffundat in annos
Et pater in diuos tandemque et in astra receptus 640
Gaudeat imperii titulis succedere magnis
Et Pallenaeos factis aequare triumphos.

(22.)

Cimbriaci Poetae Elegidion Ad Jo. Fuxmaggum Do. Caes. Secretar.

Lirut. in enumeratione carminum Cimbr. in suis MSS. adseruatorum (p. 391) ipse quoque uersuum eleg. quadraginta ad Fusmagium mentionem facit titulo adscripto „Eucticon ad J. Phusmagium Diu. Caes. Secret.“ et his uerbis adiectis: „co' quali gli augura ogni felicità desiderata e lo prega, che con qualche buona parola aiuti presso Cesare la sua povertà, che di poco si contentava; con che avrebbe incoraggita la sua Musa a cantare i Fatti eroici di Cesare.“ Si numerum uers. indicatum (40), inscriptionem atque ex parte etiam sententiarum ordinem cum carmine nostrorum codic. (28 vv.) comparas, certe dubitari potest, utrum Lirut. codex aliud carmen exhibuerit, an idem, sed retractatum et auctum.

Et tu Castalidum cultor studiose sororum, (F. 41[2].)
Phosmogone, haec quondam carmina nostra leges.
Tum dices: „nostro sunt, Caesar, tempore uates,
Ad citharam numeris qui tua facta ferant,
Otia si dederis totiens sperata Camenis, 5

---

638 foelix O. 639 longum — in aeuum F. 640 tandem uel in F, *ubi etiam in fine uersus additus:* Donec regnanti uictus tibi pareat orbis. **22,** 1 Castallidum V. 2 Fuxmage V. 3 sit Caesar ipse uates V.

---

634 Verg. Georg. 1, 503 Jam pridem nobis coeli te regia, Caesar, Inuidet cf. Ov. u. s. V. III, 19 Spaet. l. Dicht. I, 6. 639 Hor. Epist. 1, 3, 8 longum diffundit in aeuum. cf. Lucan. 1, 448. 640 cf. Ov. ex P. 3, 5, 53 caelesti sede receptum. 642 cf. supra p. 15. **22,** 1 cf. Mart. 4, 14, 1 Castalidum decus sororum.

Ut tibi securi plectra mouere queant:
Qualis erat quondam uafri laudator Ulixi,
Tunc quom Smyrnaeas scriberet Iliadas,
Qualis et Andinus uates, quom ferret in oras
Aeneam Latias Iliacosque deos, 10
Aut quom marmoreis caneret Lucanus in hortis
Ciuili gesta bella nefanda manu,
Aut quom laudaret lepidum Verona Catullum,
Delia bella suum, Cynthia bella suum.
Carmina proueniunt numeris deducta serenis: 15
Esuriens certe non bene cantat olor.
Nec magno constant uates: uilissima rerum
Pars, cupide uobis pluris emuntur opes;
Quae pereunt usu, cum longos carmina honores
Et laudes semper in noua saecla ferant". 20
Haec pro me dices sacras ad Caesaris aures,
Phosmogone, Austriaci gloria magna soli:
Sic male dispereant, opto, qui crimine falso
Sedibus e tantis te pepulere tuis, (F. 42.)
Inuidia omnipotens et non medicabile uulnus 25
Sic nunquam laudes aut tua facta premat,
Sic bene possideas diuini Caesaris aures
Et tibi post mortem fama superstes eat.

---

8 schmirnaeas V. 12 nephanda V. 15 *exspectes potius* animis *cf. loc. infr. laud.* 17 magni V. uillissima O. 18 cupidae O. 22 Fuxmagge V.

---

7 cf. Claud. Laus Seren. Reg. 141 laudator Homerus. 8 cf. Sil. 8, 594 Smyrnaeis plectris Prop. 2, 1, 14 Tunc uero longas condimus Iliadas. 9 cf. Sil. 8, 592 *ubi ante Heins. a multis* ‚cantu Andino' *legebatur cf. Drakenb. et Rupert.* 11 Juuen. 7, 79 Lucanus in hortis Marmoreis. 13 cf. supra p. 5. 15 Ov. Trist. 1, 1, 39 Carmina proueniunt animo deducta sereno cf. Vincent. Bellov. spec. hist. 7, 119. 17 cf. Ov. Her. 7, 47 constantia magno. 19 cf. Ov. Am. 1, 15, 31 sq. Ergo quum . . . Depereant aeuo, carmina morte carent. 21 cf. Ov. ex P. 4, 9, 125 haec tangent aliquando Caesaris aures Mart. 7, 99, 4 sacra Caesaris aure. 25 Sil. 10, 415 et non medicabile uulnus cf. Ov. Met. 1, 190 sed immedicabile uulnus. 28 Ov. Trist. 3, 7, 50 Me tamen exstincto fama superstes erit.

(23.)

Cimbriaci Poetae Apologeticon Ad Bernhard. Do. Caes. Scribam.

Do quod carmina serius, putato
Id causae mihi, Pergeri, fuisse,
Quod non est pretium meis Camenis,
Cum sint Caesareis coquis honores
Et tibicinibus satis potentes. 5
An, te oro, esuriet sacer poeta,
Qui de carminibus potest sonoris
Annos addere Caesari Sibyllae
Parcarumque colos diu morari
Et facta inclita mittere ad nepotes? 10
Sed mi, dum uigilo, perit papyrus
Et magni emptum oleum uorat lucerna;
Tum uestes nimio teruntur usu,
Insomnes mihi pruriunt ocelli,
Dum noctes aliis meas repono. 15
Verum haec nemo hominum mihi resarcit;
Sic grati pereunt dies et anni,
Occultis pedibus uenit senectus,
Dum Phoebum sequor et nouem sorores
Et plectris ferio lyram sonoris. 20
Impune, o mala caecitas! canentem
Versus sollicitat furens egestas
Et gratis tamen audiunt poetam.

Apologicon O. 2 michi V. 7 da V.

---

8 cf. Mart 9, 29, 3 numerabas longa Sibyllae Tempora. 9 cf. Stat. Silv. 3, 1, 171 Parcarum fila tenebo Extendamque colus. 11 sq. cf. Auson. Epigr. 34, 5 nolo otia perdere Musae, Jacturam somni quae parit atque olei. 14 cf. Juuen. 6, 577 prurit frictus ocelli angulus. 18 cf. Ov. A. A. 2, 670 Iam ueniet tacito curua senecta pede Met. 14, 143 tremuloque gradu uenit aegra senectus Ov. u. s. V. I, 47. 19 cf. Mart. 2, 22, 1 o Phoebe nouemque sorores Mart Ov. St. 7. 23 cf. Mart. 5, 16, 10 Et tantum gratis pagina nostra placet.

(24.)

Cimbriaci Poetae II. Laur. Eucharisticon Ad Diuum Fride. Caes. Impe. Ro.

Hoc carmen sine dubio idem est, quod Lirut. p. 391 paucis uerbis inter inedita commemorat inscriptione addita: Eucharisticon ad Diuum Caesarem.

Victor ad Eleos quondam sibi debita campos
  Post uarios cursus praemia tollit equus,
Ductor agit laetos superato ex hoste triumphos,
  Agricola emeritos fronde coronat agros;
Et nautae saluis imponunt serta carinis, 5
  Rusticus et fesso soluit aratra iugo:
Sic et Phoebeas, studiorum praemia, lauros
  Accipit et titulos miles, Apollo, tuus,
Sic Caesar quondam lustris non quinque peractis
  Imposuit capiti laurea serta meo. 10
Ecce iterum serpunt circum mea tempora lauri
  Post totidem annorum lustra peracta mihi. (F. 43).
Ergo bis laurum quondam meruisse uidebor,
  Caesaris hoc donum est, haec mea nobilitas,
Hae mihi diuitiae, sunt haec mea regna, per aeuum 15
  Aeternum uiuam: nil mihi maius erat.
Quare uiue, precor, longissima saecula, Caesar,
  Atque tuos uincat nulla Sibylla dies.

---

6 foesso V. 7 Phebeias O Phoebeias V. 8 tuos *ex* tuus V tuus O. 15 michi V.

---

3 cf. Lucan. 1, 375 quocunque ex hoste triumphos Iliad. Epit. 541 laetos ex hoste triumphos. 5 Ov. Rem. Am. 811 fessae date serta carinae. 7 cf. Ov. Trist. 4, 2, 51 Tempora Phoebea lauro cingentur. 9 Ov. Ib. 1 lustris bis iam mihi quinque peractis. 10 Ov. Trist. 2, 172 Ponat et in nitida laurea serta coma. 11 cf. Verg. Ecl. 8, 12 sq. atque hanc sine tempora circum Inter uictrices hederam tibi serpere laurus. 16 cf. Ov. ex P. 2, 8, 16 nil, puto, maius habes W. Zing. Ov. Her. p. 50. 18 cf. supra p. 61.

Et quia non possum meritas tibi reddere grates,
Olim digna ferent praemia Castalides. 20
Nam quom Pierius furor incidet, omnia texens
Caesaris in laudem nobile fabor opus,
Nomen ubi aeternos uiuet mihi Caesaris annos
Auferet et laudes nulla futura dies.
Addere Musa potest spatiis fatalibus aeuum 25
Et uitae in longos prodere fila dies.
Dilige Castalias, Caesar, si diligis annos
Et cupis a tota posteritate legi.

(25.)

Cimbriaci Poetae Syncriticon De Do. Maximi. Reg. Ro.

Haec quantum excedit uolucrum regina, Tonantis (F. 44.)
Armigera Idaei, nobilis inter aues:
Tantum alios superat reges bellator et armis
Clarus et Austriacis Maximianus auis;
Quem nunc Sigei decorat diadema Quirini, 5
Post etiam, diuo Caesare, Caesar erit.

(26.)

Cimbriaci Poetae Hendecasillabi Ad Marquardum Equitem Aur. Et Do. Max. Reg. Ro. Secretarium.

Hoc carmen certe etiam Lirut. in suis MSS. legerat, quum haec scriberet (p. 391): „Questi poemi (sopra le lodi di Massimiliano)

---

27 Castalias *corr.* V. Castalios O *an* Castalidas? *cf. v. 20 et Schneidew. ad Mart. 7, 12, 10.*

---

19 cf. Ov. ex P. 4, 4, 39 Egeris et meritas superis cum Caesare grates Spaet. l. Dicht. II, 54. 19—20 cf. Ov. ex P. 4, 8, 35 Parua quidem fateor pro magnis munera reddi, Naso suis opibus, carmine, gratus erit. 26 cf. supra p. 61. 28 Ov. ex P. 3, 2, 30 Si tamen a memori posteritate legar; ex P. 4, 8, 47 Carmine fit uiuax uirtus . . . notitiam serae posteritatis habet. 25, 1 cf. Mart. 5, 55, 1 Dic mihi, quem portas, uolucrum regina? Tonantem. 2 Claud. Bell. Gild. 467 Tonantis armiger cf. Verg. Aen. 5, 255 Jouis armiger *et locos a W. Ribbeck. comparatos, quibus addas* Ov. Met 15, 386. 5 cf. supra p. 47; 54.

vengono indiritti dall' autore al Cavalier Marquardo di Brisach Segretario di Massimiliano con un Endecasillabo, pregandolo a voler presentare al suo Sovrano quella sua novella fatica, ed a fare, che si ricordi della sua povertà."

Marquarde, Aonidum decus sororum
Ac laus militiae politioris,
Quoi fas belligerum uidere regem,
Qui sceptrum sibi nactus est Quiritum:
Carmen Cimbriaci rudis poetae, 5
In quo Caesaris est tui perennis
Laus et gloria Maximilliani,
Diuinas domini feras ad aures
Et uiuas memor usque et usque nostri;
Quod si consequar, hoc uidebor omnes 10
Tam tum sat bene collocasse noctes.

(27.)

Cimbriacus Poeta.

Christophore, aeterni quod uix capit aula Tonantis,
Qui super hos humeros nobile pondus habes:
Ecce decus mundi et stellantis gloria coeli
Dedicat Austriacus hoc tibi Caesar opus.

(28.)

Cimbriaci Poetae Carmen in Maledicum.

Quidam sordidior meis cloacis (F. 45.)
Et nunc pauperior meis Camenis,
Cuius nemo patrem potest docere,
Matrem nouit adulter omnis, illud

26, 3 Qui V. 7 Maximiliani V. Maximilliani O *ob metr. rat.*

26, 1 Mart. 4, 14, 1 Castalidum decus sororum. 11 cf. Mart. 1, 113, 3 Male collocare si bonas uoles horas. **27,** 3 cf. Verg. Aen. 7, 210 stellantis regia coeli. **28,** 3 cf. Auson. Epigr. 26, 11 illi nec pater certus fuit Et mater est uere lupa.

Tritamen populi salacioris 5
Et commune lupanar, ore uersus
Ah demens! rabido meos lacessit
Nec credit sibi gratias referri,
Quales de genero tulit Lycambes,
Quales rettulit Hipponax acerbus. 10
Verum nos etiam procaciores,
Si perget maledicere, experibit!

(29.)

Ad Do. Bernardum Perger Cimbriacus.

Aduocat Augustus quotiens, Bernarde, senatum,
Ornatur uariis sedula turba modis.
Induit hic tenuem, texit quem Cous, amictum,
Huic placet e Tyrio murice tincta chlamys;
Atque aliquis multo Crispinum prouocat auro 5
Coccineaeque trahit syrmata longa togae.
Occulit hic longos auro mitraque capillos,
Ast alius flauam detegit arte comam.
Sic quantum nitidis praecedit quisque lacernis,
Consilio credit sic quoque posse suo: 10
Fallimur heu miseri quotiens. sic uana uoluptas!
O quantum differt uestibus ingenium!

29, 1 Bernharde V. 4 clamis O.

---

6 Cat. 42, 13 o lutum lupanar. 7 cf. Mart. 6, 64, 27 rabido nec perditus ore *cet.* 9 Horat. Epod. 6, 13 Qualis Lycambae spretus infido gener *cet.* **29,** 2 sedula turba *eod. uers. loco* Tib. 1, 4, 80 Ov. Rem. Am. 182. 3 Tib. 2, 3, 53 uestes tenues, quas femina Coa Texuit. 4 cf. Mart. 5, 23, 5 Non nisi uel cocco madida uel murice tincta Veste nites. 5 cf. *de Crispino* Juuen. 1, 27 Mart. 8, 48. 6 cf. Mart. 12, 94, 4 Aptasti longum tu quoque syrma tibi; supra p. 40. 7 Ov. Fast. 4, 517 mitraque capillos Presserat.

(30.)

Carmen Petri Bonomi Tergestini In Violatam Bohemi Regis Fidem.

Nunc canimus falsi periuria principis: et te, (F. 48[2].)
Qui Stygias Erebique tenes inuise paludes,
Consulimus, te in uota deum sine fine ciemus;
Mens tibi uana placet, tibi crimina noxia cordi,
Tu stimulas mortale genus, tibi concutit angues 5
Tisiphone unanimosque armat in proelia fratres.
Da precor infaustas, Pluton, ad plectra querelas
Tartareasque accende faces, infunde liquores
Cocyti, recinant moesti mihi carmina Manes.
Rex uiget arctoo sub sidere, clarior alter 10
Quo non ante fuit fidei pietate uel armis:
Nulla uirum flexit rudibus suscepta Bohemis
Vana superstitio, dum plebs sibi rustica sorbet
Sacratos latices, crusta nec conuenit una
Christicolis, Romana uolunt qui iura tueri; 15
Non flexit trepidusque furor iactataque passim
Tela manu, saeuit uario dum Praga tumultu.
Grata diu regi steterant rectumque piumque,
Dum solito fortuna loco, dum nulla fuerunt (F. 49.)
Praemia et Hungariae nondum sibi quaereret arces, 20
Nec lata duo sceptra manu tenuisse subiret

---

2 herebique. 6 Tesiphone.

---

2 cf. Lucan. 1, 455 tacitas Erebi sedes Verg. Aen. 6, 323 Stygiamque paludem Senec. Phaedr. 633 Regni tenacis dominus et tacitae Stygis. 4 Verg. Aen. 7, 326 et crimina noxia cordi. 5 cf. Verg. Aen. 6, 571 Tisiphone quatit insultans, toruosque sinistra Intentans angues Ov. u. s. V. I, 77. 6 Verg. Aen. 7, 335 Tu potes unanimos armare in proelia fratres. 11 Verg. Aen. 1, 544 quo iustior alter Nec pietate fuit nec bello maior et armis. 19 cf. Verg. Aen. 9, 723 Et quo sit fortuna loco. 21 sq. Ov. Met. 1, 130 In quorum subiere locum . . . . et uis et amor sceleratus habendi cf. Ov. u. s. V. II, 61 Spaet. l. Dicht. II, 53.

Dirus amor, mentemque furor stimularet habendi.
At simul inuitum rapuit Proserpina crinem
Pannonio regi, summum nec stare tyrannum
Fata diu uoluere, ruit dum perfida ceruix 25
Diuisique agitant uario discrimine regnum
Hinc proceres, hinc dux Corui de nomine Janus,
(Quid non sacra fames lucri, quid dira cupido
Insanas hominum mentes et pectora cogis?)
Castra parat subitisque suos Vladislaus armis 30
Accingit uiolatque fidem sanctosque hymenaeos
Brandemburgensis thalami, sponsalia prima,
Perfidus et gestit uiduo se immergere lecto,
Quippe uocat grandi sponsum mercede Beatrix.
Quo ruis infelix, quo te mala fata uolutant? 35
Otacari meminisse prius decet irrita regis
Arma tui fusasque acies caesumque Bohemum;
Nonne putas memores superos fandi atque nefandi?
Mox tibi iusta dabit, Latio qui nomine frater
Regna tenet didicitque feras supprimere gentes: 40
Justa dabit Caesar, Romani signa uidebis
Imperii, nigras aquilas: tibi Teutona tellus
Vindelicusque furor, tibi Rhaetia castra frequentant
Exitium paritura tuis; tua colla minaces
Expectant feruentque graues incude catenae. 45
Quippe nec una tuum uiolauit foedera turpi
Fraude caput, nec sola suam fert sponsa querelam:
Tu laceras, scelerate, tui pia iura parentis

---

32 Brandembrugensis. 43 Rethica, *scripsi* Rhaetia.

---

23 Verg. Aen. 4, 698 Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem Abstulerat. 28 sq. Verg. Aen. 3, 57 Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? cf. Laus Pis. 219 diuitis auri Imperiosa fames et habendi saeua libido Anth. 3, 74, 3 auri dira fames et non expleta libido. 31 Verg. Aen. 4, 99 pacto que hymenaeos. 35 cf. Ov. Her. 6, 51 sed me mala fata trahebant. 38 Verg. Aen. 1, 543 At sperate deos memores fandi atque nefandi. 45 Juuen. 3, 309 qua non incude catenae.

Et, quibus ille sacro iunxit cum Caesare foedus,
Rumpere uincla potes tantumque infringere nodum; 50
Tu consanguineas saeuus dissoluere leges
Caesaribusque paras solam praeferre duobus
Reginam. generosa tuis stant nomina factis:
Tu properas scelerare fidem iurataque dextrae
Numina, Romano cum te periuria sceptro 55
Subiiciunt cingitque comas diademate Caesar.
Quo ruis infelix, uetitas quid concupis arces?
Infaustas iam uerte acies, pete debita sorti
Regna tuae: sceptra haec alios sibi poscere reges
Fata iubent, ueterique memor succumbere iuri 60
Hungaria Austriacos repetit sine fraude penates.
Sed quid turba rudis nouit, cui crassa residunt
Pectora nec legum didicit pernoscere libros?
Hos Waradinus agit neglecto iure tumultus,
Is recitat falsas fingitque in foedera leges 65
Iusque piumque suis lacerat ambagibus et se,
Qui prius in Latii iurauit nomina regis,
Opponit fallitque deos, sanctas quoque chartas,
Quas Pius aeternae firmauit robore sedis,
Primus fallaci properat contemnere lingua. 70 (F. 50.)
Haec ueneranda fides, haec sunt praeconia sancti
Praesulis, errantem reuocet qui dogmate turbam.
Heu scelus, o nostri praestans infamia saecli!
Quidquid ubique mali est, quicquid dispergere caedes
Orbe ualet medio totasque incendere terras, 75
Non modicam retinet partem miscetque sacerdos,

---

56 subyciunt. 69 pius *superscr.* p̃p̃ (papa *cf.* *Wattenbach Pal. p. 26*). 76 in Non.

---

50 cf. Lucr. 4, 1144 perrumpere nodos. 56 cf. Claud. III. Cons. Hon. 84 ornat diademate crines Nemes. Cyn. 93 implicitos cohibe diademate crines. 60 cf. Ov. Met. 15, 584 sic fata iubent. 61 cf. Hor. Carm. 3, 14, 3 repetit penates. 62 cf. Verg. Aen. 6, 407 corda residunt. 73 Ov. Met. 8, 97 o nostri infamia saecli. 74 cf. Tib. 4, 4, 7 Et quodcunque mali est et quidquid *cet.*

Donec inexpletas distendat aere crumenas.
At uos Pannoniae proceres, quos uana secutos
Consilia infidi traxit fallacia Jani
Pergitis et miseri periurum poscere regem, 80
Gratia digna manet: mendaci praemia genti
Certa parant superi seruantque in tempore poenas.

(31.)

Episcopus Waradinus Monachus, Petri Bonomi Versus.

Cum pia Pannoniae uiolauit foedera Janus
Et mala iuratos lingua fefellit auos,
Perfidus ut sanctas potuit perfringere leges
Subdere et immerito Caesaris arua uiro,
Cum Waradineis totus iam fraudibus orbis 5
Vertitur et saeua Mars rotat arma manu:
Claustra bonus repetit praesul quaeritque latebras
Velat et infandum conscia culpa caput.
Ah miser, ah tanto reparas mala iuncta pudori,
Impia qui monachus condere facta putas! 10
Corpora Santonico facile est celare cucullo:
Veste potest nulla cognita fama tegi.

(32.)

Idem De Eodem.

Perfidus ut totas foedauit crimine terras
Fudit et Hungarico toxica saeua solo,

---

77 in expletas. **31,** 9 mala tecta pudori; *scripsi* mala iuncta pudori, cf. Ov Fast. 6, 357 ut referam breuiter mala iuncta pudori. *an:* ah tanto reparas male tecta pudore?

---

81 cf. Verg. Aen. 9, 298 Gratia parua manet. **31,** 6 cf. Ov. Trist. 5, 10, 24 hac tenet arma manu. 10 cf. Ov. Fast. 2, 38 Impia lustratos ponere facta putat. 11 Juuen. 8, 145 Tempora Santonico uelas adoperta cucullo. **32,** 2 cf. Mart. 10, 36, 4 per longas toxica saeua uias 1, 18, 6.

Nunc protegunt nudas Jano calopodia plantas,
Ne noceant domino sparsa uenena suo.
Ast cur nodosa cingit sacer ilia reste 5
Velat et hirsuto membra nefanda sago?
Terra potest nullis misero satis esse latebris:
Sic parat in mediis mergere corpus aquis.

(33.)

Ad Taberitas Petrus Bonom.

Cede locis, Taberita, tuis: submitte superbas
Ceruices: aderit mox tibi dicta dies.
Exul Pannonias repetas, miserande, cohortes
Et referas regi talia dicta tuo: (F. 51.)
„Aggeribus fossaque leui me Caesar abegit, 5
Te patria et regno Maximianus aget".

(34.)

Idem Ad Effigiem Clausii Heluecii, Qui Aliquot Annis Sine Corporali Victu Vixit.

Clausius hic nullo fouit sua corpora uictu,
Sic tamen ad multas uixit Olympiadas.
Hoc si difficile est tibi credere, suspice maestam
Effigiem: longam comprobat ipsa famem.

(35.)

Westvalius Ventrosus Violam Ceruisiae Plenam Ad Clausii Maestam Effigiem.

Ebibe et ingenti foueas tua corpora potu:
Quid maceras longa uiscera, Clause, siti?

34 Corporuli.

33, 4 cf. Ov. Fast. 4, 518 instanti talia dicta refert. **34,** 1 cf. Maxim. Eleg. 1, 40 modico membra fouere cibo. 2 Mart. 7, 40, 6 Hic prope ter senas uixit Olympiadas Auson. Parent. 1, 4 Undecies binas uixit Olympiadas Parent. 24, 16 Duodeuiginti functus Olympiadas — *De Celtis epigr. in eundem Nicolaum de Flue cf. Proleg. et indic. s. v.*

(36.)

Ad Diuam Virginem.

Quae geris intacti gremio tua pignora uentris
Numinaque in paruo corpore magna latent,
Nos cum hospitibus, serues, Regina, penates:
Figitur haec laudi sacra tabella tuae.

(37.)

De Diuo Hieronymo.

Sic sua, cum Libycis errat peregrinus in antris, (F. 51 [2] et 124 [2].)
Corpora aiunt sanctum perdomuisse uirum,
Saepius et duro lacerat dum pectora saxo,
Sic fluit ad nudos sanguinis unda pedes.
Hoc parat aethereas sanctus sibi uerbere sedes: 5
Sidera deliciis, credite, nullus adit.

(38.)

De Sportula A Caesare Sublata.

Sportula iam cessat, nusquam fumare culina
Cernitur: Hanns unctas non habet ipse manus.
Quid facient miseri, quis nulla caulis in olla
Feruet? habent salsam fercula nulla suem.
Nulla terunt liquido pultem mortaria succo, 5 (F. 52.)
Nec uerubus tostas ars parat ulla dapes.
Ingemit hinc passim moesto gens Teutona uultu,
Iactatur toto multa querela foro.

37, 1 lybicis **38,** 3 ola. cf. Vaniček WB. 24.

36, 4 cf. Tib. 1, 3, 28 Picta docet templis multa tabella tuis Ov. Fast. 3, 268 Et posita est meritae multa tabella deae Ov. u. s. V. I, 81. **37,** 4 cf. Val. Fl. 6, 573 subiti cum sanguinis undam Vidit Sil. 10, 245. **38,** 1 cf. Mart. 3, 30, 1 Sportula nulla datur. 3 cf. Juuen. 5, 87 misero tibi caulis. 6 cf. Verg. Georg. 2, 396 in uerubus torrebimus exta.

Pande pias, Friderice, manus, miserere precantum:
Gaudia quanta tuis uncta patella dabit! 10

(39.)

Ad Dn̄m Johannem Fuchsmagum Somnium Vatis Petri Bonomi.

Vix dederat placidam membris nox alta quietem,
Cynthius est nostro uisus adesse toro.
Et mihi Daphnea cinctus sua tempora lauro
Edidit haec moesto, Fuchsmage, uerba sono:
„Quid sequeris nostras, uates miserande, sorores, 5
Quid tua Caesareis laudibus ora teris?
Carmina da scombris, doctas iam linque Camenas,
Spongia sit multis uersibus una satis.
Praemia nulla refert scriptor: uix tanta poetae
Aera sonant, tenues comparet unde biblos. 10
Nulla cuius curat Fridericus carmina: rarus
Caesarea uates nunc ope diues erit.
Vis tua Renenses repleant marsupia nummi,
Vis tibi perpetua templa parare fide,
Vade citus domini fornaci ligna ministres: 15
Solus habet uestri Caesaris haytzer opes".
Consule iam misero (si qua est uia), consule uati,
Qui mea nunc solus carmina saepe rogas.
Sed quaenam Phoebi melior sententia? iam te,
Lincia, uel linquam, uel calefactor ero. 20

39, 1 acta; *scripsi* alta.

---

9 Verg. Aen. 10, 597 miserere precantis. 10 cf. Pers. 4, 17 uncta uixisse patella. **39,** 1 cf. Verg. Aen. 4, 5 nec placidam membris dat cura quietem. 2 sq. Lygd. 4, 23 Hic iuuenis casta redimitus tempora lauro Est uisus nostra ponere sede pedem. 4 Ibid. 42 Edidit haec dulci tristia uerba modo. 7 cf. supra p. 48. 8 cf. Mart. 4, 10, 5 sqq. comitetur Punica librum Spongia *cet.* 13 cf. Plaut. Rud. 1313 Fleckeis. in marsupio nummi Col. nummis marsupia replet.

(40.)

Carmen Petri Bonomi Ad Paulum Amaltheum.

Paule decus patriae, parui lux magna Naonis, (F 53[b])
Natus Amalthea gloria prima domo:
Si tibi Pactolus fuluum sine fine metallum
Afferat aut dites Lydius Hermus aquas,
Quicquid et Eoa nudus legit Indus in unda 5
Ornet inauratos accumuletque lares:
Nil dederis lepido, mihi crede, decentius unquam
Carmine; non maius numina munus habent.
Est ratio: labuntur opes, sunt friuola rerum
Omnia: ab aeterno carmen ubique uiget. 10

(41.)

Epitaphium Nicolai Magni Petrus Bono. Terg.

Quis iaceat tanto miraris, turba, sepulchro, (F. 54.)
Quae sibi tam uastus contegat ossa lapis?
Terrigenas, dicis, non saecula nostra Gigantes
Norunt, centimanus non Polyphemus inest.
At si Nicoleon speculata es principis aula 5
Austriaci et molem corporaque alta tenes,
Parua putes tanti monumenta haec funeris et iam
Hoc stupeas, tantum quam cito defit opus!

41, 4 poliphemus.

40, 2 Consol. ad Liv. 366 Et qua natus erat gloria summa domus. 3 sq. cf. Lucan. 3, 209 ab auriferis. exire metallis Pactolon: qua culta secat non uilior Hermos Claud. in Prob. et Olyb. Cons. 52 quanto pretiosa metallo Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta Despumat rutilas diues Pactolus arenas; in Ruf. 1, 102 in Eutrop. 1, 214. 5 Mart. 10, 16, 5 Quidquid Erythraea niger inuenit Indus in alga cf. phil. Abh. II, 84. 9 sq. cf. Ov. Am. 1, 15, 31 sq. cum silices . . . . Depereant aeuo, carmina morte carent. *cet.* **41,** 1 cf. Mart. 11, 91, 1 iacet hoc tumulata sepulcro. 2 Tib. 1, 3, 54 lapis his scriptus stet super ossa notis. 3 Val. Fl. 2,18 Terrigenum . . . Gigantum.

(42.)

Alterum.

Qui fueram tantae molis, cui membra Gigantum
Sors dederat, quaeris, cur iaceo ante diem?
Seu quod blanda tulit formae natura, diebus
Mors negat et uitae tempora grata rapit;
Seu timuit ueterisque memor Saturnius irae 5
Me petit et filum Parca seuera secat.

(43.)

Imago Nicolai Ad Populum.

Quid perstas, quid turba meos tam sedula uultus
Suspicis, an ficti corporis ista putas?
Sic fueram tantosque indulgens auxerat artus
Natura: et patriae dux monumenta dedit.

(44.)

Querela Urbis Romae Ad Diuum Maximil. Caesarem.

Defleram, fateor, quondam mea uulnera, Caesar,
Quum ueheret captas Gallicus hostis opes;
Mox tamen ut rediit referens mihi signa Camillus
Estque triumphali per fora uectus equo,
Solata est tristes lacrimas Victoria felix 5
Et laceris uoluit crinibus esse modum.
Nunc mihi nulla quies luctus, nunc plangere pectus,
Scindere et infaustis unguibus ora iuuat.

42, 2 cf. Verg. Aen. 4, 696 merita nec morte peribat, Sed misera ante diem. 5 cf. Verg. Aen. 1, 23 ueterisque memor Saturnia belli 6 cf. Mart. 4, 54, 10 (de Parcis) et semper de tribus una secat. **43,** 3 cf. Ov. A. A. 3, 159 quantum indulget uestro natura decori. **44,** 3 Verg. Aen. 6, 826 et referentem signa Camillum. 4 cf. Ov. Fast. 6, 724 Vectus es in niueis. .uictor equis. 7 sq. cf. Ov. Her. 11, 91 tunc demum pectora plangi Contigit inque meas unguibus ire genas.

Flecte oculos, multo conspersam puluere cernes
  Canitiem et lugubri corpora tecta toga; 10
Et mecum querulas fundit per compita uoces
  Oppressa innumeris Martia turba malis.
Respice, Tarpeiam qua mons mihi sustinet arcem,
  Squalida lugenti supplice templa gemunt.
Venit in exitium populo patribusque Quiritum 15
  Romanasque iterum Gallia uexat opes:
Nam Carolus Latiam quaerit dum uincere Francus
  Parthenopen, nostris aedibus arma locat.
Barbarus exultat mediis penetralibus hostis (F. 55.)
  Et uiolat nostri nominis omne decus. 20
Conteror et cernunt miseri sua funera ciues,
  Nemo est qui moestis uocibus addat opem.
Prisca iacet uirtus, nullus mea damna repensat,
  In cassum Curios Fabriciosque uoco.
En furit Alphonsi capta crudelior aula 25
  Gallus et in nostros iam redit inde lares.
Expectant grauiora, mei passimque Quirites
  Diffugiunt: uacuam me superesse uides.
Tu mihi longinquo, Caesar, torpescis in orbe
  Et pateris solii tecta perire tui. 30
Gens miseram Latii sedem premet improba regni
  Inque mea ponet Gallica castra domo.
Germaniae nimium uires animosque sepultos
  Cernimus et segnes ad sua iura uiros.
Quid Maguntiacae praesul uenerabilis urbis 35

---

10 Caniciem. 17 Karolus.

---

9 sq. Verg. Aen. 12, 611 Canitiem immundo perfusam puluere cf. Ov. u. s. V. II, 65; *de* canitie *Romae supplicantis* cf. Claud. Bell. Gild. 25. 12 Mart. 1, 4, 4 Martia turba. 13 cf. Verg. Aen. 8, 652 In summo custos Tarpeiae Manlius arcis Stabat pro templo. 15 Ov. Fast. 1, 69 patribusque tuis populoque Quirini. 19 Verg. Aen. 2, 508 et medium in penetralibus hostem. 22 cf. Ov. A. A. 1, 368 uelo remigis addat opem. 24 cf. Mart. 9, 28, 4 Curios Fabriciosque graues Spaet. l. Dicht. II, 20.

Otia securis sedibus usque teris?
Quid tu, qui dignas Agrippae nobilis arces
Dirigis et multo nomine ubique sonas?
Quid Treueris qui regna colis? quid tu alta propago
Bauariae, Rheni cui lauat unda domos? 40
Rumpe moras, Saxon Friderice, ac inclyta profer
Nomina et antiquis sis mihi dignus auis.
Brandeburgensis nunc gloria principis adsis:
Hinc poteris digno praemia ferre Lari.
Vosque alii heroes, quoscunque aut arctica Tethys 45
Abluit aut Rheni terminat ora patris,
Seu Visulae fines, seu uos uada cernitis Istri,
In mea non serum uertite uota pedem.
Tuque meos, Caesar, tecum miserate labores
Cinge, precor, fausto protinus ense latus. 50
En sequitur grandes aquilas Germania laetis
Auspiciis: Gallus iam parat ipse fugam.
Aduenias, te Roma sibi dominumque patremque
Postulat: hanc capias, Maximiane, uiam!

(45.)

Ad Magnificum Virum D. Jo. Fuchsmagen Regium Consiliarium Meritiss. Petrus Bonomus Tergestinus.

Aduenit ignotus, Scythiam Tanaimque niualem (F. 56[b].)
Qui colit aut Nili fontibus haurit aquam:
Dona refert laetusque mei uel principis aulam
Deserit aut gratum regia diues alit.
Ast ego, subiectae genitus qui moenibus urbis 5

---

45 Tetys.

---

36 cf. Verg. Aen. 4, 271 qua spe Libycis teris otia terris? 41 cf. Verg. Aen. 4, 569 Eia age rumpe moras. 44 cf. Prop. 3, 28, 22 Et ferre ad patrios praemia dira Lares Ov. Fast. 5, 204. 49 cf. Verg. Aen. 6, 56 graues Troiae semper miserate labores. 50 Ov. Fast. 2, 784 Ense latus cinxit. **45,** 1 Verg. Georg. 4, 517 Tanaimque niualem. 2 cf. Ov. Fast. 4, 314 fluminis haurit aquam Mart. 4, 25, 6 Hic ubi septenas Cyllarus haurit aquas.

Ante patris, nati nunc quoque iussa sequor,
Tristis inopsque feror: solum me curia pellit,
Non est qui miseris uocibus addat opem.
Consule, qui solitus nostras audire querelas,
Fuchsmage, et uatis sit tibi cura tui. 10

Ad Joannem Fuchsmagonum Virum Eruditiss. Petri Bonomi Tergestini Libellus Epigrammaton.

(46.)

Da, pater omnipotens, nostro bona fata libello (F 124.)
Deque tuo primum nomine tutus eat.

(47.)

In Festo Conceptionis Diuae Mariae Virginis.

Redditur alma dies, qua te pia uiscera matris
Conceptam sancto, Virgo, tulere sinu.
Christicolae cumulant aras, tibi reddit honores
Turba frequens festa fronde reuincta comas.
Ante alios tua sacra colit, te laetus adorat, 5
Qui sua Romano nomine sceptra tenet.
Huic faciles, Regina Deum, concesseris aures:
Justa petit, referat Maximianus opem.

(48.)

De Natali Diuae Mariae Ad Janum.

Haec est illa dies, qua te pia claustra parentis
Parturiunt domino, Virgo pudica, tuo:

---

8 cf. supra p. 75. 9 cf. Ov. Fast. 3, 471 similis audite querelas. 10 cf. Ov. Her. 13, 166 sit tibi cura mei. **47,** 3 cf. Verg. Aen. 8, 284 cumulantque . . . aras Ov. Met. 13, 272 uobis quoque reddat honorem. 4 Verg. Aen. 4, 459 et festa fronde reuinctum. 7 cf. Prop. 1, 1, 31 facili deus adnuit aure.

Ite procul lusus, si quos mihi corda procaces
  Personat et sanctos concine, Musa, sonos.
Luce sacra, dum templa colo, dum tura ministro, 5
  Lasciua hinc absit pagina: cede Venus.
Plectra Palaestinae recitent praeconia diuae,
  Vatibus aeternum haec sit ueneranda dies.
Tu quoque, qui facilis nimium uel semper amori es,
  Mitte iocos: mecum seria, Jane, cane. 10
Laudemus magni genitricis adusque Tonantis
  Natalem Mariae uirgineumque torum.
Haec nos perpetuis poterit firmare beatos
  Sedibus, hac comite sidera, Jane, patent.

(49.)

Oratio Ad Deum Optimum Max. Pro Maximiliano Caesare.

O custos hominum deus et pater optime rerum (F. 125.)
  Auribus haec ueniat uox super astra tuis.
Conuocat Austriacas rex diuus ad arma cohortes,
  Ut Mahumeteis hostibus ultor eat.
Da, pater, auspiciis laetos de more fauores, 5
  Quo referat meritis digna trophaea suis.
Tunc tibi mille feret uirides pia turba corollas
  Inque tuis totus laudibus orbis erit.
Inclyta perpetuo uates tibi carmina plectro

49, 4 Mauchmetheis; *forma Mahumet. ill. temp. ubique fere usitatior, quam Mahomet.* 7 corolas.

---

3 Prop. 5, 6, 9 Ite procul fraudes *(qui locus sine dubio poetae obuersabatur, ut singularis quaedam soni imitatio etiam u. 7 demonstrat).* cf. Hor. Carm. 2, 1, 37 relictis, Musa procax, iocis. 5 cf. Tib. 2, 1, 5 Luce sacra requiescat *cet.* Ov. Met. 2, 289 uobis quoque tura ministro. 6 cf. Mart. 1, 4, 8 Lasciua est nobis pagina. 7 cf. Prop. l. c. 11 Musa, Palatini referemus *cet.* 9 Tib. 1, 3, 57 quod facilis tenero sum semper Amori. **49,** 1 cf. Mart. 14, 180, 1 pater optime diuum. 4 cf. Ov. Fast. 6, 468 quique . . uindicet, ultor erit. 6 cf. Ov. R. A. 158 Et refer ad patrios bina tropaea deos. 9 cf. Prop. 2, 3, 19 Aeolio cum temptat carmina plectro.

Cantabunt: Christi nomina quisque ciet. 10
Ante alios rex ipse tuas proiectus ad aras
Vota dabit sumpta Maxmilianus ope.

(50.)

Ad Theodoricum Ulsenium.

Tam uariis nutat rebus, tot uoluitur undis
Incerta, instabilis Caesaris aula mei,
Ut mihi quidue sequar potius, nec scire potestas
Quid fugiam: inuolucris condita cuncta latent.
Quod modo censura melius, nunc turbida rursus 5
Inuertit facies et modo peius erit.
Siue ubi sim, qui simue petas, tibi dicere tantum
Nunc ualeo: quantum nescius ipse sui.
Consului uates sacros Phoebumque Jouemque,
Quae mihi tam uario turbine uita foret; 10
Ast mihi nec uates Phoebus nec Juppiter ipse
Consulere in tanta mobilitate potest.
Quid faciam restas solus, qui dicere noris,
Ulseni, et nostram dirigis usque ratem.
Dic igitur: tanti tua sunt mihi, crede fatenti, 15 (F. 126.)
Consilia, ut spernam Delphica templa libens.

(51.)

Ad Diuum Maximilianum Caesarem Pro Pecunia Impetranda.

Quicquid et argenti fuerat uel diuitis auri,
Eduxit loculis terra Sueua meis.

12 Maximilianus. **50,** 3 nescire; *scripsi* nec scire. 5 censurā.

11 cf. Claud. in Eutr. II. Prol. 26 pias humilis prostratus ad aras. **50,** 1 cf. Ov. Met 1, 569 spumosis uoluitur undis. 3 sq. cf. Hor. Epist. 1, 1, 72 Nec sequar aut fugiam, quae *cet.* 6 cf. Ov. Her. 12, 144 hoc mihi peius erat. 7 cf. Ov. Her. 19, 219 quaerat, quis sim qualisque Mart. Ov St. 27. 8 Ov. Trist. 1, 3, 12 uitae nescius ipse suae. 14 cf. Ov. Fast. 1, 4 et timidae dirige nauis iter. **51,** 1 cf. Lygd. 3, 11 pondus mihi diuitis auri Tib. 1, 9, 31. 2 cf. Mart. 5, 39, 7 Excussi loculos.

Jam nihil est, Caesar: nil gratis uncta culina,
Nil pistor: nummos undique copo petit;
Stat magno foenum, magno mercamur auenam 5
Et stabulum magna sub stipe claudit equos.
Inuenio gratis, Caesar, nisi Nekeris undas:
Contentus sola est, uix puto, piscis aqua.
Praesta igitur nummos iam, Maxmiliane, roganti
Aut iubeas gratis cetera cuncta dari. 10

(52.)

Ad Blasium Höltzel Caesaris Secretarium.

Si mihi quam pereas, Blasi, monstrare puellam
Non pigeat, subito carmina mille dabo.
Ignotam laudare fugit mea Musa: poetae
Excitat affectus uisa puella nouos.
Quicquid ames igitur doceas, si uersibus ullam 5
Laudari cupias: laude fouetur amor.
Sed timeo, ne turpe aliquod scortumue lupamue
Dispereas; hoc te dicere forse pudet?

(53.)

Ad Janum Contubernalem Elegia De Manlia Amica Tergestina.

Jane uale: reuocat lacrimis meus ignis obortis,
Non patiar teneras saepe madere genas.
Quid iuuat heu! gelidos miserum petiisse triones:
Ista potest Scythicas uincere flamma niues. (F. 127.)

52, 2 subito **53,** 1 lachrymis — abortis. 3 tirones.

52, 4 cf Ov. Am. 2, 5, 36 aut sponso uisa puella nouo. **53,** 1 cf. Ov. Am. 1, 4, 61 lacrimis ego maestus obortis. 2 cf. Ov. A. A. 3, 376 Et lacrimis uidi saepe madere genas Ov. u. s. V. I, 53. 3 cf. Ov. Met. 2, 171 gelidi caluere triones.

Quam melius, dum flaua coma est, dum lusibus aetas 5
Conuenit et uiridi flore iuuenta nitet,
Quam dominae subiisse iugum, cum cingere canos
Cura monet, cum iam curua senecta premit!
Quid mihi Romani ueneranda palatia regis
Profuerint, quid me regia celsa iuuet, 10
Si uiduo recubare toro, si ducere noctes
Tristior insomnes debeo perpetuas?
O pereat potius, quaecunque extollere nomen
Fama potest, nostram seu decorare domum.
Austria fecunda nostros super astra sodales 15
Laude uehat: nobis gloria parua sat est.
Dum modo me solitis foueat mea uita lacertis
Inque sinus fessum decubuisse uelit,
Despiciam magnos procerum securus honores
Quasque tulit laetas regibus orbis opes. 20
Manlia noster honos, laus Manlia, Manlia nomen,
Manlia erit Croesi copia, harena Tagi.
Quid mihi de toto cupiam felicius orbe,
Quaeue magis nostrum gaudia pectus alent,
Quam tecum liceat patrios habitare penates 25
Et tecum innumeros, Manlia, adesse dies?
Dumque erit apricis matura in collibus uua,
Deuehet Adriaco nauis utrumque mari.

---

15 foecunda. 23 Que ne.

---

5 sq. cf. Ov. Am. 1, 9, 3 Veneri quoque conuenit aetas *et* Am. 2, 3, 13 sunt apti lusibus anni. 7 cf. Ov. Met. 3, 275 posuitque ad tempora canos. 8 cf. Ov. A. A. 2, 670 Jam ueniet tacito curua senecta pede Ov. u. s. V. I, 47. 11 sq. cf. Tib. 1, 2, 75 Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo Prodest, quum fletu nox uigilanda uenit. 13 cf. Tib. 1, 1, 51 O quantum est auri pereat potiusque *cet.* 17 cf. Prop. 3, 15, 37 me cupidis teneat foueatque lacertis. 20 Lygd. 3, 29 Nec me regna iuuant . . . Nec quas terrarum sustinet orbis opes. 22 cf. Juuen. 3, 55 omnis arena Tagi 25 cf. Tib. 1, 3, 33 At mihi contingat patrios celebrare penates 27 cf. Tib. 1, 4, 19 Annus in apricis maturat collibus uuas Spaet. l. Dicht. I, 62.

Alludet Neptunus ouans, tranquilla dabuntur
  Aequora, Tritones Nereidesque trahent. 30
Suscipient laetos uiridantia littora amantes,
  Qua Tergestini desinit unda sinus.
Hic ubi pampineas mea Barcula protrahit umbras,
  Pendet ab undisono nec procul uua salo,
Alta ubi dissimiles pirus indicat undique fructus, 35
  Quaque tibi leui cortice mala rubent:
Hic nos feruentes anni uitabimus aestus,
  Traducet longos arboris umbra dies.
Vel si nos uarius reuocabit forte Cupido
  Diuersosque uolet Manlia nostra iocos, 40
Non procul est uiridi myrto mihi consita silua,
  Inde alitum nostros pascitur agmen agros.
Hic mihi fallaci uirgas distendere uisco
  Cura erit, hic saltans noctua ludet aues.
Longius ast cupiet si Manlia uisere colles 45
  Pucinosque feret nos uia adusque lares,
Lac dabit et dulcem nobis mea Marsa Lyaeum,
  Praesto aderit tenui sedula turba casa
Ac dominam uenerata meam mihi laeta rogabit
  Tempora et aeternos usque fauere deos. 50
Tum si Antenorei fontes adiisse Timaui
  Iuuerit et Dryadum Naiadumque domos,
Insula praestabit calidas tibi, Manlia, lymphas (F. 123.)

---

43 discendere. 51 Antenori; *correxi, cf. loc. infr. laud.* 52 Driadum

---

30 cf. Prop. 5, 6, 61 Prosequitur cantu Triton omnesque marinae . . . deae. 32 cf. Auien. D. O. 529 Tergestumque . . . Extimus Jonii qua se sinus aequoris abdit. 33 cf. Verg. Ecl. 7, 58 pampineas inuidit collibus umbras. 36 cf. Lygd. 4, 36 ut autumno candida mala rubent. 37 cf. Ov. Am. 3, 5, 7 sub arboreis uitabam frondibus aestum. 43 cf. Verg. Georg. 1, 139 et fallere uisco Ov. Met. 15, 474 uiscata fallite uirga. 47 sq. cf. Hor. Epod. 2, 47; 65 Mart. 3, 58, 22 Spaet. l. Dicht. I, 8. 51 cf. Lucan. 7, 194 Atque Antenorei dispergitur unda Timaui Spaet. l. Dicht. II, 16. 52 cf. Mart. 4, 25, 3 Quaque Antenoreo Dryadum pulcherrima *cet.*

Inque salutifero suscipiere lacu.
Hunc referunt ponti refluas imitarier undas 55
Cumque mari uiuas crescere fontis aquas.
Haec mihi Baiano preciosior una recessu
Insula erit, Thermis haec mihi, Roma, tuis!
Ast cum iam latos nix alta obsederit agros
Et stabit rigido terra coacta gelu, 60
Saeuus ubi egelida Boreas remeabit ab arcto
Canaque iam uastis fluctibus unda ruet,
Saltibus aut lepores uenabimur aut mihi ceruum
Deprensum magno murmure turba dabit.
Sic mihi felicem uidear traducere uitam 65
Et melius moestos fallere posse dies.
Nil moror, ecce iterum reuocat mea Manlia amantem:
Vix mihi tam gratas rex dabit ullus opes.

(54.)

De Elisa.

Compulit ut primum nutu uerbisque petulcis (F. 130.)
Nostra iterum Veneris colla subesse iugo,
Ecce latet clausasque tenens inimica fenestras
Effugit aspectus dulcis Elisa meos;
Seu pater inuidit nostro crudelis amori 5
Et dolet occlusa nata retenta domo.

---

64 Deprehensū. **54,** 2 ueneris. 4 Efugit.

---

57 sq. cf. Stat. Silv. 1, 5, 60 Nec si Baianis ueniat nouus hospes ab oris, Talia despiciat . . . Neronea nec qui modo lotus in unda *cet.* Anth. L. 36, 1 sq. Ries. Spaet. l. Dicht. I, 42. 60 cf. Ov. Trist. 3, 4, 48 astricto terra perusta gelu. 61 cf. Ov. Trist. 1, 2, 29 Nunc gelidus sicca boreas bacchatur ab Arcto. 61 sqq. cf. Mart. 1, 49, 19 sqq. At cum december canus et bruma impotens Aquilone rauco mugiet . . . Leporemque forti callidum rumpes equo, Ceruos relinques uilico Spaet. l. Dicht. I, 8. 66 cf. Tib. 1, 8, 56 Ipse dedit cupidis fallere posse deus. **54,** 2 cf. Tib. 1, 2, 90 Veneris uinclis subdere colla 1, 4, 16 paullatim sub iuga colla dabit. 6 cf. Ov. Her. 14, 3 Clausa domo teneor.

Forsitan et lacrimis inuertere iussa parentis
  Nititur, e longa dum tepet ira mora.
O duras aures, o ferrea pectora, quae non
  Flectere lugenti filia uoce potest! 10
Sic te Pallas amet, sartor, sic forcipe cunctis
  Gratus et accepta saepe rogeris acu,
Sic populo placeas passim neque capra per urbem
  Infestis miserum uocibus ulla premat:
Redde pius nostris oculis lasciua puellae 15
  Lumina et obtrusae uirginis ora refer.
Quod si tu nostros pergis diuertere amores
  Longius et natae gaudia grata uetas,
Te Venus aut misera damnabit, rustice, morte,
  Siue olidum faciet mox, mihi crede, pecus. 20

(55.)

In Pamphilum Saxum Poetam Qui In Ducem Mediolani Inuectus Est Et Caesarem Etiam Carpsit.

Saxe loquax prodi: cur nunc temeraria tantum (F. 131.)
  Lingua tacet? uictus forte pudore lates?
Non canis Insubri pulsum de sede tyrannum,
  Non tibi Saturni saecula nunc redeunt?
Tolle tuum, felix uates, super astra Leonem, 5
  Aduersis Mauri casibus altus eas!
I nunc, nauales Venetis adscribe triumphos
  Ductaque ab Adriaco plurima rostra mari!
Quaere ubi Naupactumque ferax ditisque Coronae

54, 7 lachrymis.

---

8 cf. Ov. ex P. 2, 7, 79 mora mitescere p. iram — *ad pentametri clausulam* cf. Ov. A. A. 2, 456 Ne lenta uires colligat ira mora Auct. Nuc. 4 lentam non capit ira moram. 9 cf. Ov. Her. 12, 188 si forte preces praecordia ferrea tangunt. 20 cf. Hor. Ep. 1, 5, 29 olidae caprae. **55,** 4 cf. Verg. Ecl. 4, 6 redeunt Saturnia regna. 7 cf. Ov. Her. 9, 105 I nunc, tolle animos *cet. Formula apud Ov. praecipue usitata; cf. supr. p. 31.*

Moenia, Methones laeta trophaea refer. 10
Urbs Regina maris moeret, nec uicta Cremonae
Arua queunt tanti damna leuare mali.
Nauplia mox cernes flammis ferroque furenti
Tecta rapi, o populis exitiose Leo!
Nunc opus aeratas Turco ostentare phalanges, 15
Quas modo dimissa Maurus ab urbe fugit.
Praestet opem Gallus, sancto qui foedere tecum
Connexus, praedam te sinit esse neci.
Attamen hoc nihil est: meritis peiora dabuntur,
Insontem regno quod pepulere suo, 20
Et ueniet Gallis merces sua, forsan et olim,
Maure, uolent sedes non tetigisse tuas.
Caesar agit celeres per deuia rura Molossos,
Quid si mox Gallos cogat et Adriacos?
Piscatum redeant Veneti: piget ista dedisse 25
Ingratis superos regna tenenda uiris.
Te quoque poena manet uiolati, Saxe, pudoris,
Caesareos mores qui modo saeue notas!
Esse putas Veneta tutus terraue mariue:
Tutus ad Aethiopas uix bene, Saxe, fugies. 30
Nondum Romani Regis tibi cognita uirtus,
Quamque potens nostri Caesaris una manus:
Cum uolet, et Venetae uictor dominabitur orae,
Cum uolet, Aethiopas legibus ille premet.
Ergo ubi ad inflatum carmen modulaberis utrem, 35
Saxe loquax, tantum laedere parce deum!

55, 10 Metones.

---

12 cf. Ov. Fast. 1, 367 tua damna leuabit. 15 cf. Verg. Aen. 9, 463 aeratasque acies Sil. 8, 404 aeratas raptabat in agmina turmas. 23 Stat. Ach. 2, 73 multo legit arua Molosso cf. Ov. Met. 1, 675 agit ut pastor per deuia rura c. 31 cf. Paneg. Mess. 1 quamquam me cognita uirtus Terret. 33 cf. Verg. Georg. 2, 171 Asiae iam uictor in oris Claud. in Ruf. 1, 143 toti dominabere mundo. 35 cf. Hor. Sat. 2, 5, 98 tumidis infla sermonibus utrem.

(56.)

In Artificem Qui Primus Soleas Equo Sufflxit.

O pereat, soleas primus qui subdere suasit (F. 132.)
Cornipedi et nocua texit ab arte pedem!
Quis furor, e duro posset cum laedere cornu,
Artificis ferrum supposuisse manu?
Addita dant animosque truces rabiemque cruentam 5
Arma uiris: animos sumit et inde pecus.
Hinc furit et nostras non fert uiolentus habenas,
Saepius hinc domini corpora tundit equus:
Hinc ego compellor cruris sufferre dolorem;
Heu nimium damnis ingeniosa manus! 10

(57.)

De Diuo Friderico Caesare Petri Bonomi Carmen.

Dum ualet et sano est Fridericus corpore Caesar (F. 62.)
Membraque adhuc toto fertque refertque pede,
Clausa manent semper penetralia: crebrius instat
Pulsaque ab irato principe turba dolet.
Quaeritat accessum domini iuuenisque senexque, 5
Ille tamen solis gaudet inesse locis.
At postquam trunca languent iam corpora planta
Indiget et multis ad sua mala uiris,
Quisque fugit uulnusque senis saniemque perosus
Tam prius optato gaudet abesse loco. 10
Sors rotat haec, redditque uices in tempore dignas,
Dumque potes, non uis: dum uelis, ipse nequis.

---

57. *Hi uersus in Cod. ab aliis Bonomi carminibus prorsus separati F. 62 post Nigri carmina leguntur.*

---

1 sq. cf. Prop. 1, 17, 13 Ah pereat quicunque . . . primus Tib. 4, 8, 6 O pereant . . . Quis furor est Ov. u. s. V. I, 108; 129 4 cf. Tib. 1, 8, 12 Artificis docta subsecuisse manu. 10 Ov. Am. 3, 8, 46 Et nimium damnis ingeniosa tuis. **57,** 2 cf. Ov. Fast. 6, 334 et errantes fertque refertque pedes. 10 cf. Ov. Trist. 1, 5, 68 Poena quibus non est grandis abesse locis. 12 cf. Spaetl. Dicht. I, 27.

(58.)

Ad Maximilianum Caesarem De Aduentu Hiemis Pro Impetranda Veste.

Nescio quis nostris, Caesar, se contulit hospes (F. 133.[2])
Aedibus et lateri considet usque meo.
Horridus hirsuta protectus corpora pelle
Vestit et huic tremulum cana senecta caput;
Hispida barba riget glacie concreta niuali 5
Inque sinum naso stiria multa fluit.
Contigit ut primum gelido mea limina gressu
Et rapida impleuit flamma ubique domum,
Frigidus extemplo nostros tremor occupat artus
Nec iuuat ardenti longius ire foco. 10
Quaeque magis fornax tepido calefacta uapore
Aestuat, hanc tremulus nocte dieque colo.
Pellibus, indignus, tenui tritaque lacerna
Non bene ego ad Boreae frigora tutus eo.
Quid faciam? regina uocat, fornace relicta 15
Cogor et in plateis frigora magna pati.
Jam quocunque mihi libuit diuertere gressum,
Qui lateri insistat, frigidus hospes adest.
Consule, qui miseris incommoda pellere, Caesar,
Es solitus: uati prospice, diue, tuo. 20
Aut reice inuisum nostris de sedibus hostem,
Aut mihi pollicitae munera mitte togae.

---

8 rapido — flammae *in. ras.* *vv. 13—22 in margine infer. adscripti.* 17 differtere.

---

3 sq. cf. Ov. Met. 2, 30 Et glacialis Hiems canos hirsuta capillos *et* 15, 212 Inde senilis Hiems tremulo uenit horrida passu Anth. L. 687, 7. 4 cf. Tib. 1, 8, 42 Quum uetus infecit cana senecta caput. 5 Verg. Aen. 4, 251 glacie riget horrida barba. 6 Mart. 7, 37, 5 Turpis ab inuiso pendebat stiria naso. 9 cf. Ov. Met. 3, 40 et attonitos subitus tremor occupat artus Ov. u. s. V. II, 72 Spaet. l. Dicht. I, 65. 13 cf. Mart. 7, 92, 7 Esse queror gelidasque mihi tritasque lacernas. 16 cf. Ov. Am. 1, 19, 22 Longa pruinosa frigora nocte pati. 22 cf. Mart. 2, 39, 2 Vis dare quae meruit munera, mitte togam.

(59.)

In Die Fidelium Animarum Exhortatio.

Manibus haec fidis (quod dogmate discis auito) (F. 14.)
Est data sacratis legibus alma dies.
Hac Tyriam pulla commutat ueste sacerdos,
Aeternam requiem tristia templa sonant.
Thura feras moestis patrum matrumque sepulchris, 5
Pauperibus largam praestet auarus opem.
Cumque frequens septem ueniae perlegeris odas,
Saepius et requies paxque rogata tibi est,
Haec tecum ingenti reuocans suspiria luctu
Ante crucem flexo carmina redde genu: 10
„Christe, maris terrae summi quoque rector Olympi,
Sanguine qui fuso crimina nostra lauas:
Parce pius fidis animis, quas torridus ignis
Purgat et in poenas lex tua laesa dedit.
Conclamant ueniam, maius meruisse fatentur: 15
Supplicium fassis tristia damna leua!“

(60.)

Epitaphium.

Tu melius quae turba manes: ego noscere tantum
Hoc potui, ut moriar, nescius ipse mei.

---

vv. 1—7 in margin. super.; distichon praecedens est mutilatum.

---

3 cf. Verg. Aen. 6, 645 longa cum ueste sacerdos. 6 cf. Claud. VI. Cons. Hon. Praef. 8 quaerit auarus opes; supra p. 3. 9 cf. Lygd. 6, 61 Sollicitus rĕpetam tota suspiria nocte Stat. Silv. 3, 5, 2 Anxia peruigili ducis suspiria cura Spaet. l. Dicht. I, 69. 11 Ov. Met. 2, 60 uasti quoque rector Olympi. 15 cf. Ov. Trist, 3, 1, 51 poenarum, quas se meruisse fatetur.

(61.)

Epitaphia Joannis Fuchsmagoni.

a.

Fuchsmagonum uixisse iuuat, rectumque piumque
Quod coluit, reliquum somnia uana putat.

b.

Jam cupiens longo requiem peperisse labori (F. 135.)
Haec sibi de Pario marmore busta parat.
Hic iacet, hoc tandem finit mala cuncta sepulchro
Fuchsmagonus: uiuo non fuit ulla quies.

c.

Fuxmagonus uixi diuis, Natoque Patrique,
Caesaribus, reliquum somnia uana putans.

(62.)

Francisci Nigri Veneti Doctoris Ad Diuum Jo. Fuxmanium Aulae Regiae Sapientiss. Regentem Ode Tricolos Tetrastrophos Proseuctice.

Merces Cimmerio nauita Bosphoro (F. 57.)
Deuectans Syrias, siue hyacinthinas

60—62. *De his epitaphiis, quorum ea tantum adscripsi, ex quibus Fuchsmagen ipse postea inscriptionem in sepulcro positam composuit cf. Proleg. et Ind. Titulus ille, quem Ruf. p. 115 adfert atque etiam excogitatum a Fuchsmag. haud recte opinatur, hic est:*

Fuxmagonum uixisse iuuat, rectumque piumque
Quod coluit: reliquum somnia uana putat.
Dicite, quod melius, qui uiuitis? Hoc ego tantum
Cognoui, ut moriar, nescius ipse mei.

62, 1 Cymerio — bosphoro *etiam nost. cod., ut loco infr. laud. omnes cod. Horat. cf. Keller Epileg. Hor. I, 156.*

62, 1 cf. Hor. Carm. 2, 18, 14 nauita Bosphorum Poenus perhorrescit. 2 cf. Pers. 1, 32 cui . . hyacinthina laena est.

Laenas, seu tyrianthinum
Coccum, Santonicumue

Cypro nauigio bardocucullulum: 5
Aegaei rapidos uorticis impetus
Tritonesque timet malos
Saeuam Cymodocenque;

Constans sed pelagi sustinet impii
Anfractus uarios et rabiem Noti 10
Et quicquid mare feruidum
Monstri protulit atri,

Suspectans placidi sidera phosphori,
Quo cursus penitus dirigat inuios,
Diuos seu Lacedaemonas 15
Clara luce secundos,

Ut portum capiens quassa carinula
Optatum, teneris imbuat hostiis
Dis sacrum bene cespitem
Tutelaribus, aurae 20

Felicis placido munere laetior:
Franciscus rapidos sic patitur Notos,
Sic fluctu medio maris
Iras imperiosi,

Hinc Syrtes timet, hinc Acroceraunia 25
Ambraciosque sinus et ferum Apollinem;

---

3 claenas; — tyriantinum. 6 Aegei. 12 atris. 19 Díis. 20 tutellaribus. 21 Foelicis.

---

3 sq. cf. Mart. 1, 53, 5 Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus Juuen. 8, 145 Santonico . . cucullo. 5 Hor. Carm. 1, 1, 13 trabe Cypria. 8 Verg. Aen. 5, 826 Cymodoceque. 10 cf. Lucan. 5, 416 maris anfractus Hor. Carm. 1, 3, 14 et rabiem Noti. 15 sqq. Hor. Carm. 4, 8, 32 clarum Tyndaridae sidus ab infimis Quassas eripiunt aequoribus rates. 22 Hor. Carm. 1, 28, 21 rapidus . . Notus. 24 Hor. Carm. 1, 14, 8 imperiosius Aequor. 25 cf. Ov. Rem. A. 739 Haec tibi sint Syrtes, haec Acroceraunia. 26 cf. Luc. 5, 651 malignos Ambraciae portus.

Terrent Sithoniae niues
Nutantem aequore puppim,

Terrent et Scythici flamina Circii
Et quicquid pelagi unda minax tulit; 30
Et ni Lucifer optimus
Errantem regat oram,

Vel signa arctophylax tarda remiserit,
Vel se Tyndaridae splendidiusculo
Monstrarint mihi sidere, 35
Fiet naufraga pinus.

Tu ergo solii gloria regii,
Fuxmani, patriae stella intentior
Virtutisque parens, tibi
Sacratae auspice Phoebo, 40 (F. 58.)

Cirrhaei penitus numinis optime
Hospes, Pieridum praesidium, tuo
Maecenas solidus Nigro,
Quem fortuna fatigat:

Eia nunc radiis splendidioribus 45
Lucescas, rapidi ne mala marmoris
Horrescens peream citus
Magno non sine damno.

Tu mi Tyndareas porrigito faces,
Tu saeuam remoue pauperiem Nigri, 50
Quem si candidiusculo
Tandem cernis ocello,

Continget misero calculus albicans

---

3 arctophilax — trada. 41 Cyrrhaei. 45 Eya. 47 paream
) refoue; *scripsi* remoue.

---

7 Hor. Carm. 3, 26, 10 carentem Sithonia niue. 30 cf. Hor. arm. 1, 12, 31 unda minax. 42 sq. cf. Hor. Carm. 1, 1, 1 aecenas . . . . O et praesidium. 46 cf. Verg. Georg. 1, 254 fidum . . . marmor. 53 cf. Mart. 8, 45, 2 Plin Epist. 6, 11, 8 em notandum candidissimo calculo.

Et quandoque ratem portus amoenior
Errantem capiet, bono 55
Tandem sidere rectam;

Nec dulce exodium defuerit tibi,
Sed gratis fidibus nomen olympicum,
Fuxmani, recinent bona
Serui plectra sereni. 60

(63.)

Francisci Nigri Veneti Doctoris In Sanctum Viennensium Senatum Ode Dicolos Tetrastrophos Paeoniproseuctice.

Sancte regentum metuende coetus,
Austriae splendor nitidumque sidus,
Delphicae rupis specimen, probator
Semper honesti;

Juris excellens utriusque templum, 5
Candidus morum scelerumque censor,
Alme uirtutis pater et amator
Relligionis:

Cui decus semper pietasque cordi est
Et fides albo decorata panno 10
Quaeque dilectum crepitans salutat
Verbere nidum,

Cuique facundo modulatur ore

---

60 celeni; *conisci* sereni.

In fine huius carminis et seq. adscripta sunt uerba : „Cecinimus: Ex stoico, conchiliato tamen, Balbi nostri munere, peristromate, subitario furore, Gradiui iuuante clipeo". *(Cf. Cic. Phil. 2, 27, 67 Conchyliatis Cn. Pomp. peristromatis).*

63, 2 Austriace *scripsi* Austriae. 13 modulator; *scripsi* modulatur *cf. Neue Formenl.*[2] *II, 303.*

63, 9 cf. Hor. Carm. 1, 17, 14 dis pietas mea . . cordi est. 10 Hor. Carm. 1, 35, 21 et albo rara Fides colit Velata panno. 11 sq. Juuen. 1, 115 Ut colitur Pax atque Fides . . . Quaeque salutato crepitat Concordia nido.

Lingua, tinnitu resonans amoeno,
Cui sedent diuae placido Camoenae 15
Pectore semper:

Euge, quo plectro celebrare laudes
Audeam tantas, uenerande coetus,
Quo tuas digno memorem cothurno
Conditiones? 20

Pectus in tantos modulos anhelum est (F. 59.)
Et cupit gratae penitus canoros
Mentis ardescens amor et cupido
Scribere uersus.

Magnus occurris tamen undecunque, 25
Summus, excelsus, celeber potensque,
Quo fit, ut rerum tenues fatiget
Copia uires.

Tu decus uatum, pariterque Nysae
Splendor ornatae placidusque tutor 30
Delphicae sedis Clariaeque dignus
Incola Cirrhae,

Tu sapis quidquid sapuere prisci,
Quicquid et docti penitus nouelli,
Tu potes coetus ueterum sophorum 35
Aequiparare,

Te colunt nostri merito poetae,
Te uel intonsi potuere patres,
Sancte regentum, cecinisse, coetus,
Carmine digno. 40

---

32 Cyrhe. 36 aequipare.

---

19 cf. Prop. 3, 16, 39 Haec ego non humili referam memoranda cothurno. 21 cf. Verg. Aen. 6, 48 sed pectus anhelum. 22 cf. Hor. Epist. 2, 2, 76 et uersus tecum meditare canoros. 27 cf. Paneg. Mess. 1 cognita uirtus Terret, ut infirmae nequeant subsistere uires Ov. Trist. 1, 5, 56 materia uires exsuperante. 38 cf. Ov. Fast. 2, 30 Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Sed quod est plectro grauiore dignum:
Tanta facundo comitas in ore est,
Tanta diuino probitas refulget
Corde fidesque,

Ut tibi prorsus cupiamus omnes 45
Et dies laetos facilisque soles,
Tempus et félix niueo lapillo
Condecorandum.

Sed Niger fidens humilisque seruus
Semper ardenti calamo sequetur 50
Et tuas laudes nitidumque nomen
Pectore firmo:

Siue ad extremos penetrabit Indos,
Unde nimbosus rapidusque Ganges
In fretum praeceps ruit et minatur 55
Unda procellam,

Siue apnd Seras Scythicosque pigros,
Sarmatas acris, gelidos Gelonos,
Thraces, Armenos, celeresque tento
Jazyges arcu, 60

Siue ad angustum maris aduolabit
Bosphorum uel quae loca protulere
Caucasum tristem populosque saeuos
Corpore mixto,

Siue Germanos domitosque Cimbros 65
Tandem et audaces Morinos, fidelem

60 Jaziges. 63 ueros; *conieci* saeuos. 65 cymbros.

41 cf. Ov. Met. 10, 150 cecini plectro grauiore *et* supra p. 33. 42 cf. Ov. Fast. 1, 21 Quae sit enim culti facundia, sensimus, oris. 47 cf. supra p. 91 *et* Mart. 9, 52, 4 diesque nobis Signandi melioribus lapillis Pers. 2, 1 Hunc diem numera meliore lapillo. 53 Catull. 11, 2 Siue in extremos penetrabit Indos. 62 sq. cf. Hor. Carm. 1, 22, 6 per inhospitalem Caucasum uel quae loca *cet.*

Regibus Gallum, docili Sicambros
Crine decoros,

Siue ad Hispanos triplices, Britannos
Orbe diuisos, uigilem draconem 70
Hortuli ditis Libycosque fines
Seu Garamantes,

Omitto vv. 72—88, qui nihil aliud praebent, quam populorum, terrarum itinerumque enumerationem magis magisque amplificatam similibus ueterum locis undique collectis (uelut v. 75 rapidasque Syrtes semper arenae cf. Hor. Carm. 1, 22 5 Claud. in Ruf. 2, 241 ad incensas Libyae comitabor arenas; v. 83 uel super fluctus Maleae cf. Stat. Silv. 1, 3, 98 Si Maleae credenda ratis, et sim.).

Siue apud Manes Niger hic manebit, (F. 60.)
Semper aeterno memorique corde, 90
Sancte Germani populi senatus,
Te celebrabit;

Semper et nostrae citharae lyraeque
Barbitos, plectrum, calami, Camoenae
Facta cantabunt ubicunque uestra, 95
Credite Patres;

Semper e nostris ouibus honesta
Vota soluemus: meritis canentes
Vocibus dicemus „io triumphe,
Euge triumphe!“ 100

---

69 ispanos. 93 cytharae. 99 Iω.

---

67 cf. supra p. 12 *et* Hor. Carm. 4, 2, 35, *ubi noster poeta sine dubio in suo exemplari legebat* decoros . . . Sicambros *cf. Keller ed. mai. I, 156.* 69 sq. Verg. Ecl. 1, 66 toto diuisos orbe Britannos cf. Catull. l. c. 11 ultimosque Britannos. 94 cf. Auson Epigr. 44, 3 et chordas et plectra et barbita. 99 Hor. Carm. 4, 2, 50 Non semel dicemus, io Triumphe!

(64.)

In Faustissimi Archiducis Austriae Statuam Francisci Nigri Doctoris Dodecastichon Epigramma.

Haec iuga difficiles aditus tribuere, uiator,
Et nunquam plaustro se uoluere premi.
Ast ego, qui docui montes parere superbos,
Sigismundus, iter curribus usque dedi.
Austria me coluit coluitque Carinthia semper 5
Archiducemque timet Stiria magna suum;
Carniolaeque ducem celebrant comitemque Tirolis:
Et pariter montes, flumina, plana timent.
Impulit haec fieri Graecorum fama, Caballus (F. 61.)
Antonius, noster qui modo quaestor erat; 10
Praepositusque sacris Wolfgangus Brixina nostris
Neundlinger tanto praefuit usque bono.

(65.)

Ad Diuum Caesarem Federicum Christianorum Imperatorem Ludouici Pontici Taruisani Carmen.

Inclyta lux mundi, summi pia cura Tonantis, (F. 63).
Caesar ades: gentis tu pater, orbis honos.
Gratia, spes, fulgor, maiestas, gloria, numen,
Arbiter o legum, maxime Caesar, aue!
Nec tantum celeri praedam referente Camillo 5
Roma suis nec tam splendida Scipiadis,
Quantum te cuncti gaudent tua regna petente
Et merito nati regna futura tui.
Cernitur hic spes blanda piis, metus acer iniquis
Atque una in facie stat fuga statque salus. 10
Ergo uenis tecumque timor, concordia, iura,

---

64. Diodecasticon.

---

64. *Nonnullae res in hoc carmine, prout materia ferebat, ad exemplum Stat. Silv. 4, 3 (Via Domitiani) quodam modo expressae uidentur; cf. e. g. v. 1. et Stat. 27, v. 3 cum Stat. 129.* **65,** 5 cf. Verg. Aen. 6, 826 et referentem signa Camillum. 11 sq. cf. supra p. 24 *et* Claud. in Ruf. 1, 52 concordia, uirtus Cumque fide pietas.

Alba fides, pietas relligioque uenit.
Justicia est tecum Veneto coniuncta senatu,
Quis nihil in Latio clarius orbe uiget.
Illis cura bonis probitas, prudentia, leges, 15
Immaculata fides, fas, decor et pietas;
Cum quibus haud dubiis ueniens Victoria plantis
Ad Nili fontes Austrica signa uehet;
Cum quibus et, quicquid fugiens Tithonia lustrat,
Sub tua iura cadens mitia iussa feret. 20
Sic tibi deuoluant Pylios tria numina fusos
Et repetas tarde sidera clara, uale.

(66.)

Jo. Aurispa Roman.

Acrius intuitur, raptim petit alta Jouisque
Et tua sublimis, maxime Caesar, auis.
Et nunquam sola haec ignes sensisse uolucris
Dicitur et magno fulmina missa Joui.
Inclytus et uasti praeses dignissimus orbis 5
Et tu cuncta uides summaque celsus habes.
Omnis in Augusto rerum prudentia regnat
Et modus et recti iustus ubique tenor.
Unus es inuictus, solus tu nomine dignus
Caesareo, Caesar, solus ut astra petas. 10
Cum Joue signa tibi sunt haec communia; namque
Linquere cum uellet regna caduca pater,
Diuidit imperium: mundi permittit habenas,

66, 4 *ex* Joue *corr. 1. man.*

---

14 cf. Ov. ex P. 3, 1, 127 qua nihil in terris clarius mundus habet Trist. 5, 2, 38 nil ingens mitius orbis habet. 21 cf. Ov. Trist. 5, 5, 62 Aequarint Pylios cum tua fata dies *et* supra p. 46. 22 cf. Ov. Trist. 5, 2, 52 Sic ad pacta tibi sidera tardus eas: Spaet. l. Dicht. I, 6. **66,** 4 Ov. Rem. A. 370 fulmina missa Jouis. 10 cf. Lucan. 1, 46 Astra petes serus. Anth. L. 780, 27. 13 cf. Claud. III. Cons. Hon. 83 rerumque tibi commendat habenas *et* supra p. 18.

Arma simul leges et sacra iura tibi.
Diuidit imperium: patitur communia linqui 15
Munera, quae meriti sint monumenta sui.
Postea desertis terris concessit in altum
Et sibi suprema legit in arce locum. (F. 64.)
Sed quia terrenis longe coelestia distant,
Est illi uolucris uera, figura tibi. 20
Illuc, magne senex, longae post tempora uitae
Ibis: adest inter sidera clara locus.
Nunc tibi mortali mortales dantur honores:
Tum diuo in nostris tura Sabaea focis.

(67.)

Poeticae Dignitatis Petitio.

Quum sim perpetuo factus tibi tempore seruus (F. 66.)
Sitque tuus nostro pectore fixus amor,
Me uatem iubeas et laurea serta reposco,
Ut referam laudes tempus in omne tuas.
Sim cum pauper ego, nulla est mihi gratia numi: 5
Sed cuperem gratis munus habere tuum.

(68.)

J. Euangelista Lanzalot' Fed. Inuictissimo Roman Imp. Caesari semper Augusto.

Sidera sub Joue sunt, omnis sub Caesare tellus:
Sic fouet humanos Caesar, ut ille deos.

---

22 sydera.

---

18 cf. Ov. Met. 12, 43 summaque domum sibi legit in arce. 22 cf. Verg. Georg. 1, 33 Qua locus Erigonem inter est. 24 cf. supra p. 2. **67,** 1 cf. Ov. ex P. 4, 5, 40 se fore mancipium tempus in omne tuum. 4 cf. Ov. Trist. 1, 6, 36 Carminibus uiues tempus in omne meis. **68,** 1 sq. supra p. 47 *(ubi etiam adiungendus est uers.* Anthol. 782 Ries. Juppiter in coelis, Caesar regit omnia terris *de quo et sim. cf. Riese in Jahn. Jahrb. 1869 p. 282; Comparett. Verg. p. 130) et ad uers. 2.* Ov. Fast. 2, 132 hominum tu pater, ille deum.

Tu deus in coelis statuis pia sacra colentes:
Tu diue in terris maxime nosce tuos!

(69.)

Magn. Dño Joanni Fusmagen S. C. M. Consiliario Digniss. P. Delius Volscus.

Quod decet ingenium, nobis, Fusmage, dedisti
Munus, et externis quod solet esse quies.
Nullus in ignotum modus est tibi nempe relictus,
Quem noster Phoebus quemque Minerua colat.
Officio linguae, mentis bonitate subisti 5
Perpetuum uerae munus amicitiae.
His igitur, qui summa tenet fastigia coeli, (F. 67.)
Det tibi felices Nestoreosque dies;
Det tibi Caesareum sapienti numen amicum,
Semper cui fidis consulis auxiliis. 10

(70.)

Ad Mag^cum^ D. Georgium Hellechrem Epigramma Georgii Posthumi De Suis Aerumnis In Carcere Lucubratum.

Cur nimium saeuos debebam ferre furores
Teutonicos insons, Hoellecher, ede mihi.
O ego non hostis, non fur, non proditor ullus
Australis domini, non populator eram.
Si merui, patiar tales, sin non, mihi solus 5
Maerores poteris uoce leuare tua.
Non tibi cum Musis pingam nunc uerba poetae,

---

70 Georigum. 2 Teuthonicos. 7 *an* fingam?

68, 3 cf. Ov. Am. 3, 9, 37 pius cole sacra, colentem **.69,** 6 cf. Ov. Trist. 4, 5, 24 Indeclinatae munus amicitiae Auson. Prof. 13, 14 Fouimus ut uiuum munere amicitiae. 8 cf. supr. p. 6; 46. 9 cf. Ov. Trist. 5, 11, 20 Caesareum numen sic mihi mite fuit. **70,** 1 sq. cf. Lucan. 1, 255 cursumque furoris Teutonici. 7 sq. cf. Ov. Trist. 5, 1, 27 Non haec ingenio, non haec componimus arte: Materia est propriis ingeniosa malis.

Sed mala conabor dicere passa mihi.
Castellum est falso dictum de nomine Fridperch
Juxta Alam, fit ubi copia magna salis: 10
Illuc me rapiunt spoliatum et uerbere caesum,
Insuetum tristi carcere constituunt.
In quo dum iacui, canibus mihi frusta relicta
Edi, ne ante diem mors cita me raperet.
Et miser o nimium! semper prope stercus edebam: 15
Spiritus unde mihi pestifer omnis erat.
Cena erat hic panis frictus: nunc lacte natabat,
Nunc iure: insulsus omnia panis erat. (F. 68.)
Potus erant lacrimae, tellus mihi frigida lectus;
Oraui ut melius: sed nocuere preces. 20
Haec nam uerba dabant custodes carceris olli,
Rumpere quae possent saxea corda metu,
Dicentes: „nunc nunc grauiter plecteris et illas,
Quas uolumus, poenas, Itale crede, dabis!“
Moestus erat sensus, cor, mens et uiscera tota 25
Undique languebant omnibus acta malis.
Nulla quies etenim, curis uexabar acerbis:
Magnus et illa labor otia semper erant.
Nostra situ et longo squalebant carcere membra:
Qui potui has sordes Posthumus ipse pati? 30
Nam mea uestis erat tegmen nunc, lintea nuncue,
Gausape nunc manibus: omnia uestis erat!
Hinc pulices rostris lacerabant corpus acutis,
Hinc scabies stimulus maximus alter erat.
Longos tundebam duris in cotibus ungues, 35
Barbam tondebam dentibus ipse meis.

---

19 lachryme. 28 otya. 29 squallebant.

---

9 cf. Ov. Met. 13, 647 dicta suo de nomine tellus. 18 cf. Ov. Her. 12, 162 ómnia solus erat. 24 cf. Cons. ad Liv. 272 tu poenas, barbara, morte dabis *(de loc. cf. Baehrens Poet. l. min. I, 114)* Ov. Am. 2, 2, 60 et dicet ‚poenas garrulus iste dabit‘ *et multa sim. apud. Ov. eiusque imitatores.* 28 cf. Ov. ex P. 1, 5, 43 non sum, qui segnia ducam Otia: mors nobis tempus habetur iners.

Hei mihi qualis eram! tunc me non dixeris illum,
  Qui prius in comptis uestibus unus eram.
Luna duos sese uoluendo impleuerat orbes,
  Dum mala tot potui carceris ipse pati. 40
Iam pridem infernas subiiset spiritus umbras:
  Sed quis clausisset lumina cara mihi?
At me seruauit coeli mitissima uirgo,
  Quae nunquam seruos deserit alma suos;
Cuius ego quotiens memini, sum fortis in omnem 45
  Fortunam et possum ferrea uincla pati!
Quam merito supplex diuam uenerabor ad aras
  Floribus et corde, uocibus usque meis.
Qui cupit, hanc rogitet, uitam traducere tutam,
  Fortunae exemplum respiciendo meae. 50
Hoellecher hanc ipsam tota complectere mente,
  Huic igitur soli munera mitte deae!
Illa potens summos merito tibi tradet honores,
  Qui prius es miseris et sine fraude bonus.
Unde ego quicquid ero, uiuus seu lapsus ad umbras, 55
  Non potero uultus non memor esse tui.
Qui mihi praesidium fueris, precor, hactenus unum,
  Ne patiare modo funditus ut peream:
Sed memor esto mei, fueris quum in pace beatus,
  Ut tecum ualeam dicere saepe: Vale! 60 (F. 69.)

---

42 chara. 48 uocibusque; *scripsi* uocibus usque. 55 uius.

---

37 Verg. Aen. 2, 274 Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo *est*. 39 cf. Ov. Met. 11, 453 quam luna bis impleat orbem Sil. 3, 67 Bissenos lunae nondum compleuerat orbes *et* Spaet. l. Dicht. II, 28 sq. 41 cf. Mart. 1, 36, 5 infernas et qui prior isset ad umbras *et* Mart. Ov. Stud. p. 9. 42 cf. Mart. 10, 63, 6 Clauserunt omnes lumina nostra manus. 46 cf. Ov. Trist. 2, 206 barbara uincla pati. 55 sq. Anth. L. 780, 21 Ries. Ipse ego, quidquid ero, . . . Tunc quoque non potero non memor esse tui. 58 cf. Hor. Carm. 1, 16, 20 cur perirent funditus.

(71.)

Comes Hieronymus.

Heu quisnam rebus ponat sua uota secundis?
  Succedunt laetis tristia temporibus.
En ego non testis fallax Jeronymus adsum,
  Quem tulit ex humili clara sagina domo.
Dum quartus sedit Romano in culmine Sixtus, 5
  Omnia, quae poterat, sors mihi larga dedit.
Ipsa meum tellus uenerata est Italia nomen,
  Quin etiam externis iura uerenda dabam.
Flaminio satis ampla solo mihi regna paraui,
  Heu regna infausto sidere parta mihi! 10
Vidit ut instabilis sors me super aethera uectum,
  Risit et ex alto traxit ad ima loco:
Namque ego secretis magnae in penetralibus aulae
  Quattuor armatis ciuibus ipse petor.
Occidor misere, nati capiuntur et uxor, 15
  In medium iacior, corpus inane, forum.
Vulnera mihi mille data sunt et sanguine nostro
  Inmites lauit femina uirque manus.
Ludibrium populi mea membra fuere ruentis
  Et iacui uili semisepultus humo. 20
Nil mihi custodes centum, nil profuit auri
  Copia: quod statuunt impia fata, manet.
Non armis urbes, populi sed amore tenentur:
  Disce, tyranne, meis cautior esse malis.

---

4 sagona *scripsi* sagina. 9 Flamineo. 24 tiranne; caucior.

---

16 corpus inane *hoc uers. loco saepius apud Ouidium eiusque imitatores* cf. Ov. Ib. 150 et dare plebeio corpus inane rogo Am. 3, 9, 6 Epist. Sapph. 116 Mart. 8, 75, 12 Mart. Ov. St. 15. 18 cf. supra p. 6. 20 semisepultus cf. Ov. Her. 1, 55.

(72.)

Apollinis Oraculum E Coelo Demissum Ad Laudem Connubii Ill. Archiducis Sigismundi.

Juppiter ex alto qui cuncta exaspicit orbe,
Quae crescant terris, quae ruitura uidet,
Vidit anhelantem spoliis clarumque triumphis
Tirolis Dominum, proh sine prole uirum!
Indoluit dicens: „Dominos seruare potentes 5 (F. 72.)
Australes semper haec mihi cura fuit:
„Nata Venus", dixit, „pulchras cui cura puellas
Scire tibi est, quae sit pulchrior orbe doce.
Hanc Sigismundo iungam propriamque dicabo
Connubio stabili, sic mea fata iubent. 10
Esse quoque in fatis legitur, quod prole creata
Venturis saeclis multa notanda dabit."
„„Alme parens, uisa est nuper mihi filia regis
Saxoniae: forma non habet illa parem.
Palladis ingenium, mores habet illa Dianae 15
Regia Saxoniae nobilitate pollet.""
Juppiter omnipotens dictis his ora resoluit:
„Quam pulchrae est prolis ista futura parens!"
Laeta Venus, sic alma Juno, sic turba Deorum
Gauisa est fausto cetera coniugio. 20
Juppiter in coelis et cetera turba Deorum
Gaudeat: in terris gaudeat omnis homo.

---

8 hanelantem. 16 polet *cf. Fest. p. 205.*

---

8 sqq. Verg. Aen. 1, 72 sq. quae forma pulcherrima . . Connubio iungam stabili propriamque dicabo 75 et pulchra faciat te prole parentem cf. Aen. 4, 126. 16 cf. Ov. Met. 13, 22 nobilitate potens. 17 Verg. Georg. 4, 452 sic fatis ora resoluit.

(73.)

Ad Praestantissimum Venerandumque Ducalem Consiliarium D. Magistrum Odoricum Tridenti Praepositum Uti Metuendum Patrem Joannes Jacobus A Cruce De Mutina Italiae Ciuitate Clesii Ananiae Vallis Incola.

Quae tibi nunc cecini modico resonantia cantu,
Vir uenerande, precor, cernere metra uelis:
Me, licet ignotum, tua scribere fama coegit,
Me docuit laudes nuncius iste tuus,
Nobilis Hilprandus, tibi qui mea carmina defert 5
Et tua qui solida nomina mente colit.
Pauca tibi scripsi, tua me Reuerentia noscat
Grataque sint oculis haec mea dicta tuis.
At mihi si uitam dederit pius ipse Redemptor
Saluatorque hominum, qui super astra sedet, 10
Plura equidem referam; forsan magis atque iuuabit
Cernere te citharam, uir memorande, meam.
Rustica Musa licet, forsan tamen ipsa placebit:
Nil fictum resonant, sed mea uerba preces.
Interea ualeas: uitam tibi rector Olympi 15
Felicem tribuat: sis memor, oro, mei.

Clesio uallis Ananiae pridie Idus Februarii Anno salutis MCCCCLXXXIIII.

(74.)

Engelardi Ad Sigismundum Versiculi.

Pauci uersiculi nec elegantes, (F. 79.)
Semiusti, lacerique flebilesque
Et nostro similes nimis patrono,
Ardenti modo de rogo per ignes

---

73. Consciliariū 12 cytharam. 14 *h. uers. in marg. infer. additus*

---

13 cf. Verg. Ecl. 8, 84 amat nostram, quamuis est rustica, Musam. 15 cf. Ov. Met. 2, 60 uasti quoque rector Olympi. 16 cf. Ov. Her. 1, 44 et memor ante mei.

Seruati lacrimis tui sodalis, 5
Sigismunde, patrisque herique nostri,
Ad te uenimus exules et orbi
Paucos hospitio dies rogantes.
Post lectos domino remitte nostro,
Vel si longius est iter premendum, 10
Emenda prius et prius recense,
Ut, quamuis media uagemur urbe,
Non possit malus inuidus rapaxque
Et nostri simul hostis Engelardi
Ullam dentibus inuenire praedam. 15

(75.)

Engelardi Elegia In Obitu Matris.

Flebile maternas meditabor carmen ad umbras,
Si tamen hinc aliquod carmen abire potest.
Horrida neglectis ades huc, Elegia, capillis
Et teneras lacrimis irriget unda genas.
Tu quoque solemni cithara plectroque relictis 5
Funestam maerens indue, Phoebe, togam.
Pro uiridi lauro funebrem sume cupressum,
Simplex argutae praestet auena lyrae.
Qualiter Aemonios dicunt te errasse per agros
Pastoremque uagas aduigilasse boues: 10
Taliter atque habitu uenias indutus eodem,
Ut mecum possis maestus adire rogos;
Namque etiam magnis te fata doloribus olim
Per uarios memorant exagitasse modos.
Quid referam luctus et uultum luce carentem, 15
Ignipedes Phaethon cum male rexit equos?

74, 5; **75,** 4 lachrymis. 5 cythara. 16 phaeton.

75, 3 cf. Ov. Am. 3, 9, 3 Flebilis indignos, Elegeïa, solue capillos. 4 Ov. A. A. 1, 532 teneras imbre rigante genas. 7 cf. Hor. Epod. 5, 18 cupressos funebres. 16 cf. Ov. Met. 2, 392 sq. ignipedum . . equorum . . qui non bene rexerit illos.

O quantum tellus densa caligine tecta
  Conquesta est nitidum rebus abesse diem!
Quin etiam positis radiis et luce corusca
  Diceris assuetas tardus inisse uias. 20
Quid non immites uiolant rapiuntue sorores,
  Tam diras possit quis cohibere manus?
Dum colo, me miserum! uictricis moenia Romae,
  Dicitur extremum mater obisse diem.
Haec mihi tum uox est tonitrus fulmenque tonantis 25
  Visa, meumque igni corripuisse caput. (F. 80.)
Mox animus misero sensus defecit ad omnes
  Et mea subrepsit frigidus ossa tremor.
Obstupui toruo similis sine sanguine trunco,
  Cessit ab officio lingua manusque suo: 30
Iliacas tali conceperat aure ruinas,
  Cui pater Iliaco carus in igne fuit.
Atque ubi se lacrimis dolor imbuit altus obortis
  Sumpsit et officium lingua manusque suum:
„Heu mihi, cur tumulo, mater, non condimur uno," 35
  Dixi, „cur Stygias me sine pergis aquas?
Heu mihi, cur morbo me non iugulavit eodem
  Atropos, aut stamen rupit et ipsa meum?
Heu mihi, cui Latias gaudebo referre Camenas,
  Excitet ingenium quae modo causa meum? 40
Tu mihi, tu dulces hiberna nocte fabellas
  Narrasti, studiis semina prima meis,
Et modo uel Pyrami et Thisbes miserabile fatum,

---

20 tradas; *correxi*. 21 Inuites uiblant. 36 stigias. 41 hyberna. 40 Exciter. 43 Pryami et Tysbes.

---

17 cf. Ov. Met. 5, 623 lustrat caligine tectam Petron. 122, 128. 21 sq. cf. Ov. Am. 3, 9, 19 Scilicet omne sacrum mors inpertuna profanat, Omnibus obscuras inicit illa manus. 25 cf. Ov. Trist. 1, 3, 11 Non aliter stupui, quam qui Jouis ignibus ictus *cet.* 28 Ov. Her. 3, 37 gelidusque cucurrit . . . dura per ossa tremor. 33 sq. cf. Ov. Trist. 1, 3, 13 Ut tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit, Ut tandem sensus conualuere mei *est.* 35 Cons. ad Liv. 161 tumulo ponemur in uno. 40 cf. Ov. Am. 2, 17, 34 Ingenio causas tu dabis una meo Ov. u. s. V. 1, 101.

Vel quas Leander nocte natauit aquas.
Nequicquam humanam coelestia numina uitam 45
Respicitis: pietas nulla fidesque iuuat.
Illa deos, summa quos religione colebat,
Surdos humanas sensit adesse preces.
Quid prodest puris ornasse altaria flammis,
Mater, quid sanctam non uiolasse fidem, 50
Porrexisse manus quid prodest auxiliares
Et miseros tectis sustinuisse tuis,
Quid totiens longas orasti numina noctes,
Quid iuuat in casto secubuisse toro?
Scilicet ut caro fleres orbata marito 55
Et uiduae ferres munera sola domus,
Scilicet ut natis absentibus inde duobus
Post paucos esses tu quoque flenda dies!"
Tum Phoebus molli clamantem uoce repressit
Et uetuit magnis me dare uerba deis. 60
„Debita res", inquit, „defunctam flere parentem est,
Et tamen his lacrimis conuenit esse modum.
Illa quidem a primis puerum te molliter annis
In blando fouit sustinuitque sinu:
Non magis Aemonio genitrix indulsit Achilli 65
Et minor Aurorae Memnonis ardor erat.
Quin moriens dixit „„natos, o Phoebe, relictos
Commendo fidei subiicioque tuae.

---

vv. 45—47 *bis in cod. leguntur, hoc loco a man. 2. obelo notati et infra post v. 58; sed h. l. forsitan magis apti sint.* 54 thoro. 56 numera. 65 Aemonie, *scripsi* Aemonio cf. Ov. Met. 12, 81 ab Haemonio quod sis iugulatus Achille.

---

45 sq. cf. Ov. Am. 3, 9, 35 sq. Consol. ad Liv. 130 Stat. Silv. 5, 1, 149 Quid probitas aut casta fides, quid numina prosunt Culta deum? 50 sq. cf. Cons. ad Liv. 41 sqq. Quid tibi nunc mores prosunt . . Quidque pudicitia . . Nec nocuisse ulli. 54 Ov. Am. 3, 9, 34 quid in uacuo secubuisse toro Ov. u. s. V. I, 55. 60 cf. Tib. 4, 4, 14 Dicit in aeternos aspera uerba deos phil. Abh. II, 81. 62 cf. Ov. Trist. 1, 9, 38 Debeat ut lacrimis . . adesse modus. 65 cf. Ov. Am. 3, 9, 1 Memnona si mater, mater plorauit Achillem.

Ille tuas Musas, sequitur maior medicinam,
  Tutelam studium poscit utrumque tuam.“ “ 70
Verum quandoquidem mors implacabilis omnes
  Expectat, leuius te quoque ferre decet:
Omnia terrenae faecis moritura creantur
  Corpora, lex omnes obligat illa homines. (F. 81.)
Viuendi tantum dispensant tempora Parcae 75
  Non mutanda ulli nec moderanda deo.
Utque leuem rerum discas assuescere sortem,
  Cum minimis magnas saepe rependе uices:
Quamuis armigero parerent omnia Marti,
  Romanas semper non tuebatur opes; 80
Heu quantum nostrae miseratus moenia Troiae
  Tentabam Graias inde mouere faces!
Nec semper Pallas doctas defendit Athenas
  Jamque Scythae cingunt obsidione Rhodum.
Est quaedam rerum series, diuina potestas, 85
  Quae surda nullas accipit aure preces.
Nec tamen, ut uera te nunc ratione docebo,
  Tempore non iusto mortua mater erat.
Bis sex concordi numerauit lustra marito,
  Consulis est coniunx bis uocitata sui. 90
Donec erat radiis uiuentis clara mariti
  Vixerat: umbra sequens mortis imago fuit.
Optima res homini est matura morte perire,
  Est qui non nasci crederet esse bonum.
Tu tamen acceptas illustres lumine dotes, 95

---

79 Armigere *idem error ut supra v. 65.* 81 menia *in margin. add.* 82 Tentam; *correxi.* 91 marti. 92 ymago.

---

71 cf. Hor. Carm. 1, 28, 15 Sed omnes una manet nox Cons. ad Liv. 367 sqq. Stat. Silv. 2, 1, 218 supra p. 37. 73 Ov. Met. 1, 68 quidquam terrenae faecis habentem. 75 cf. Cons. ad Liv. 371 Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis. 83 doctas Athenas cf. Ov. u. s. V. I, 128. 85 cf. Cic. Nat. deor. 1, 4, 9 Est enim admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum. 86 Prop. 3, 8, 48 et surda negligit aure preces. 92 cf. Ov. Trist. 1, 11, 23 *nihil est* nisi mortis imago.

Maternis heres moribus esse uelis;
Quaeque tibi dederat prima praecepta iuuenta,
Pectore fac imo condita semper habe.
Sic uiuas, ut cum fatalis uenerit hora,
Elysium possis laetus inire nemus, 100
Florentes ubi nunc materque paterque per herbas
Progenie plaudunt concomitante sua."

(76.)

Engelhardi Teutonici Ad Lectores Italos Epigramma.

Scripserat absenti per me sua uota puellae
Teutonica iuuenis simplicitate licet,
Vos, precor, Ausonii iuuenes, quibus ista legentur,
Censores nostri carminis este pii!
Si placeant lecti, Romanae laus erit urbis, 5
Quae mihi Castalias suppeditauit aquas,
Sin autem offendent: „is saltem", dicite, „tales
Teutonica uersus simplicitate facit."

(77.)

H. Ad V. Puellam Epistula.

Augustam uelox uolitabis, epistula, Romam (F. 82.)
Et dominae referes intima uota meae.
Est uia longa quidem, sed lentos corripe gressus:
Laus erit indignam non habuisse moram.

---

100 Elisiū.

---

99 cf. Tib. 1, 1, 59 suprema mihi cum uenerit hora Auson. Ephem· or. 72 Spaet. l. Dicht. II, 68. 100 cf. Ov. Am. 2, 6, 49 colle sub Elysio . . nemus Mart. 7, 40, 4 Elysium possidet ambo nemus. **76,** 6 cf. Ov. Am. 1, 15, 36 Pocula Castalia plena ministret aqua Prop. 5, 6, 4. **77,** 1 sq. Ov. Trist. 1, 1, 1; 3, 7, 1 sq. ex. P. 4, 5, 1 Mart. 3, 4, 1; 3, 5, 1; 12, 3, 2 Mart. Ov. St. 27, *ubi omnes locos Ov. et Mart., qui nostro quoque poetae epistulam suam adloquenti certe obuersabantur, inuenies collectos; adde* Auson. Epist. 16.3 Ov. Trist. 1, 1, 127 longa uia est, propera; ex P. 4, 5, 3.

Utque domum inuenias, in qua mea uiuit amica, 5
Obseruanda tibi signa, libelle, dabo.
Est locus armiferae dictus de uoce Mineruae,
Nunc colitur Genitrix intemerata Dei:
Hunc ubi transieris templum post terga relinquens,
Inuenies humilem, tecta beata, casam. 10
Ingredere et dominam prima sic uoce saluta:
„Pro domino salue, pulchra puella, meo."
Nec semel hoc satis est, sed crebrius ingeminandum:
„Pro domino salue terque quaterque meo!"
Et si quid uenias, uel qua regione requirat, 15
Per medias Alpes, dicito, perque niues.
Forsitan auctoris cupiet cognoscere nomen:
„Henricus", dicas, scripserat illa tuus."
Denique, si ueterem retinet constanter amorem,
Quid ualeam tandem quaque salute petet, 20
Te nescire quidem quid, dicas, esse ualere
Et male cum non sit, non tamen esse bene.

Carminis reliqua pars, huic haud inuenusto principio non ita respondens, magna ex parte rebus mythologicis, Ouidianis praecipue phrasibus expressis, est referta atque his uerbis clauditur:

Di te Penelopen faciant: ego semper Ulixes,
Dum nobis fuerit uita superstes, ero.

(78.)

Ad S. T.

Qui iuuenis scribat, cui, Sigismunde, puellae, (F. 84[2].)
Si scis, in populo te uolo scire neges.

---

9 uibi.

---

9 cf. Ov. Met. 10, 670 post terga relinquit. 12 cf. Mart. 3, 5, 10 hoc dices ‚Marcus auere iubet'. Auson. Ep. 16, 3. 15 Ov. Trist. 1, 1, 18 ex P. 4, 5, 11 Si quis . . . qui sitis et unde requiret Mart. 3, 4, 1 Romam uade, liber: si ueneris unde, requiret, Aemiliae dices *cet.* 21 sq. cf. Ov. Trist. 1, 1, 19 Viuere me dices, saluum tamen esse negabis 3, 7, 7 Viuere me dices, sed sic *cet.* ex P. 4, 5, 31.

(79.)

Engelhardi Teutonici Ad Innocentium Octauum Congratulatoria De Pace Elegia.

Venisti tandem totum celebranda per orbem
  Clara dies, aeui luxque decusque tui!
Venisti et nitidis rediit pax candida pennis
  Consistens tectis, aurea Roma, tuis.
Ferreus hinc Rhodopen Geticasque recessit ad oras 5
  Horrida Mars repetens antraque dira pater.
Tempus erat Jani iam claudere templa biformis,
  Jani qui belli iuraque pacis habet.
Ter prius (ut fama est) pacatis undique rebus
  Iste sua latuit clausus in aede deus: 10
At te quarta manet tam festae gloria pacis
  Temporibus, princeps religiose, tuis.
Ecce iterum Ausonios exercet rusticus agros
  Et grandi amissas fenore quaerit opes; (F. 85.)
Pastoresque uagi passim uiridantibus aruis 15
  Errantes reuocant ad sua prata greges,
Carminaque umbrosae resonant pastoria siluae
  Et dulces garrit fistula rauca modos.
Plurima quae Latiis fuerant monstra horrida campis,
  Ad mores tandem iam rediere bonos. 20
Sola licet, tuto spatiatur bucula campo
  Tardaque non ullo bos rapiente iacet;
Non pecus insidias metuit furisue lupiue
  Custodes temnens sollicitosque canes,
Inque uices ludunt leo trux et setiger ursus 25

---

18 Phystula. 19 Plurimaq: 24 temnens *alt. man. inseruit.*; solicitosq.

---

2 Epist. Sapph. 94 O decus atque aeui gloria magna tui. 10 cf. Tib. 1, 10, 20 Stabat in exigua ligneus aede deus. 18 cf. Auct. Cop. 9 garrit dulce sub antro Rustica pastoris fistula. 21 cf. Verg. Georg. 4, 11 aut errans bucula campo. 23 cf. Verg. Ecl. 5, 60 Nec lupus insidias pecori *cet.* Tib. 1, 1, 33 pecori furesque lupique Parcite. 25 cf. Claud. Rapt. Pros. II praef. 27 Concordes uaria ludunt cum tigride damae.

Et Veneris uolitant cum Ganymedis aue.
Ipsa autem priscas tua Roma exsuscitat artes
Et referunt faciles culta theatra iocos.
Quis neget, Aonias contempto Helicone puellas
Moenia septenis malle habitare iugis? 30
Delphica quandoquidem reticent oracula, quae nunc
Dat Vaticanus candidiora deus;
Semper enim hospitium fuerat Roma alma deorum
Et plures fecit quam colit ipsa deos.
Nec tamen haec patrio magis est gauisa Quirino, 35
Quam tibi cum premeret trina corona caput.
Aurea Saturni celebrarunt saecla poetae,
Vatum materies ista perennis erat;
Atque ego te potius, Ligurum sanctissime gentis,
Cantabo, princeps, uersibus ipse meis: 40
Non erit ut dicar, fuerit modo uita superstes,
Cantando a cygnis uictus abisse tuis,
Quamuis Eridani cygnus demulceat alueos
Et rapidas idem carmine sistat aquas.
Namque tuae pariter crescent cum carmine laudes, 45
Heroas uinces arduus ipse sacros.
Dicitur ueluti labentem erexeris orbem,
Prodierint laeti te dominante dies;
Te magis atque magis ueniens mirabitur aetas,
Dum melior semper, qui uenit, annus erit; 50
Succrescent mollesque rosae et sine uepribus agri
Atque rosae spinis, uepre carebit humus,

---

26 Ganimedis. 30 septennis. 38 perhennis. 39 Lygurum. 43 aluos; *cf. Forbig. ad Verg. loc. infr. laud.* 48 Prode erint; Dominate.

---

34 cf. Claud. Bell. Gild. 131 et si quos Roma recepit Aut dedit ipsa deos. 41 Verg. Georg. 3, 10 modo uita supersit. 42 *De Cycno Ligurum rege in auem sui nominis mutato, quae fabula hic a poeta adtingitur*, cf. Ov. Met. 2, 367 sqq. Verg. Aen. 10, 189. 43 Verg. Aen.7, 33 et fluminis alueo Aethera mulcebant. 44 cf. Verg. Aen. 4, 487 sq. carminibus.. Sistere aquam Ov. u. s. V. I, 74. 48 cf. Hor. carm. 4, 5, 6 sq uultus ubi tuus Affulsit populo, gratior id dies. 49 Ov. ex P. 2, 6, 27 sequens mirabitur aetas.

Lentaque turgentes aestas geminabit aristas,
  Nectentur Cereri binaque serta deae.
Autumnus ualidas onerabit uitibus ulmos, 55
  Spargentur patulis plurima poma uiis.
Vis hiemis frondes siluis non tollet honestas,
  Nec liquidas niueo frigore sistet aquas.
Atque ita paulatim melior natura sequetur,
  Mitior orbis erit, mitius orbis opus. 60
Verum, ubi te coelo maturum fecerit aetas
  Et solium poscet Jupiter ipse tibi:
Aurea tum uenient tandem et Saturnia regna,
  Erigone terras paxque fidesque petet. (F. 86.)
Sponte sua sulcis non credita semina tellus 65
  Fundet, nec medius diuidet arua lapis;
Nauita non Euris committet uela dolosis,
  Quaeque sibi proprias terra creabit opes;
In curuas rigidus falces conflabitur ensis
  Quodque lorica fuit, iam, puto, uomer erit; 70
Femina non fidum fallet lasciua maritum,
  Casta sed uiuent uir mulierque domo.
Pauca sed interea uitiosae semina uitae
  Durabunt, manibus conficienda tuis:
Mollia securae conabitur ocia Romae 75
  Rumpere, uicinas qui bibit hostis aquas.

---

57 hyemis. 58 niuio. 62 sibi, *scripsi* tibi.

---

54 Ov. Fast. 2, 644 binaque serta tibi. 55 cf. Ov. Trist. 2, 143 oneratam uitibus ulmum *et* Spaet. l. Dicht. I, 61. 61 cf. Verg. Ecl. 4, 37 Hinc, ubi iam firmata uirum te fecerit aetas. 63 Verg. Ecl. 4, 6 redeunt Saturnia regna. 64 cf. supra p. 24 *et* Claud. in Ruf. 1, 51 en aurea nascitur aetas . . . Concordia, Virtus Cumque Fide Pietas *cet.* 65 cf. Ov. u. s. V. I, 65 *et* Tib. 2, 6, 21 sulcis credit aratis semina. 66 Tib. 1, 3, 43 non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arua, lapis. 67 cf. Juuen. 12, 57. 69 cf. Verg. Georg. 1, 508 Et curuae rigidum falces conflantur in ensem; supra p. 3. 71 cf. Ov. Trist. 2, 505 Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum. 73 cf. Verg. Ecl. 4, 31 Pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis. 75 cf. Ov. Met. 1, 100 Mollia securae peragebant otia *cet.*

Saeuus aper cultos iterum populabitur agros
  Et metues rebus, clara columna, tuis.
Verum ubi secreta tendentur retia ualle
  Laxabuntque acres uincula firma canes: 80
Tum procul Hesperium fugies aper hirtus Iberum
  Et comites fugient, gens inimica, truces.
Mollia tunc iterum renouabimus ocia Romae
  Nec metuet rebus clara columna suis:
Alta coronatis tum surgent tecta columnis, 85
  Egregium Romae, clara columna, decus!

(80.)

Engelhardi Teutonici Ad Georgium Sodalem Versiculi.

Cur hominum coetus Elegia nostra, Georgi,
  Et nitidum fugiat nostra Thalia diem?
Teutonica est nescitque loqui nisi Teutona uerba
  Et stupet Ausonios barbara Musa uiros.

(81.)

Laudatorium Joannis Fuchsmag Diui Friderici Aug. Oratoris Quem Innocentius Octauus Pontifex Maximus Doctoratus Dignitate Insigniuit.

Phoebe Latonae generosa proles,
Qui nouenarum medius sororum
Auream tangens citharam susurras
  Nobile carmen:

Me uel extremis, rogo, merge labris 5
Fonte, quem fecit uolitans caballus,

79, 81 sperium. **80,** 8 Theutonica. **81,** 3 cytharam.

---

80 cf. Tib. 4, 8, 14 Et demam celeri ferrea uincla cani. 85 cf. Spaet. l. Dicht. I, 74. **81,** 1 cf. Auct. Cul. 11 Latonae . . decus, aurea proles *et* supra p. 48. 5 sq. Pers. Prolog. 1 Nec *fonte* labra prolui caballino Nec in bicipiti Parnasso *cet.*

Cum fatigatus posuisset alas
Monte bicorni.

Optimo carmen iuueni canemus,
Quem ferax tellus Athesis creauit, 10
Qui suam doctus patriam Joannes
Laudibus ornat:

Ille discordes, agitante Erinny, (F. 88.)
Ciuium mentes tenuemque plebem
Arma captantem docili refrenat 15
Munere linguae,

Ille dum magnas peragrat per urbes,
Ille dum regum penetrat per aulas
Missus orator, croceis odorant
Omnia uerbis, 20

Ille si raptam reuocasset olim
Filiam Ledae, potuisse reddi
Credo nec clarae cineres iacerent
Moenia Troiae!

Hunc suis magni dominator orbis, 25
Caesar, arcanis facit interesse,
Illius nutu rapidum gubernat
Legibus orbem;

Quem licet summus colat Imperator,
Non minus summus colit et Sacerdos: 30
Principum soli sibi maximorum
Gratia cessit.

Ille legatum populos obire,
Iste doctorem facit et superbae
Intulit fronti roseam mitellam, 35
Nobile tegmen.

---

13 Erynni. 15 Captante *scripsi* captantem. 19 Strator. 26 ar chanis.

---

13 cf Verg. Georg. 2, 496 agitans Discordia fratres. 26 cf. Hor. Carm. 1, 28, 9 Jouis arcanis admissus.

(82.)

Imperatoris Friderici III. Caes. Augusti Epitaphium Ex Elegis Jo. Reuchlin Phorcensis.

Tertius et decimus Septembres ante Calendas (F. 89.)
Reddidit ad superos me, caput orbis, auos.
Pacis erat nomen, Fridericum fata uocarunt,
Cui pro diuitiis pax foret una satis;
Sceptra quieta tuli, pacem conatibus auxi, 5
Sanguine Teutonicus non mihi fluxit ager:
Nec non et toto uiguit pax inclyta mundo,
Ultima quando scidit haec mihi fila soror.
Me regnante trucem toga Martem uicit inermis,
Ensibus imposui, uindice iure, metam. 10
Tanta fuit pietas: quos oderat undique uulgus
Foui, ut desineret serpere liuor edax.
Vita duo de octoginta fuit acta per annos:
Quatuor aestates Rex, prope lustra decem.
Quam bene regnarim, finis probat omnia rerum; 15
Quam sancte moriens, ultima sacra docent.
Anno MCCCCLXXXXIII.

---

10 uire 13 *Ita esse interpungendum, quamuis distichon inelegantius etiam fiat, historia duce edocemur cf. Lichn. VIII, 176; paullo elegantius eandem rem Petrus Bonom. expressit, qui et ipse Epitaphium Friderici scripsit (F. 133.), quod, quia huic simillimum est, supra omisi atque hoc loco potius commemorare uolui:* Lustra decem quartusque simul superadditus annus Viderunt nostra sceptra superba manu. *Primi uersus carminis Bonom. hi sunt:* Hic iaceo et mecum cecidit pax unica mundi: Vita mihi, ast patriae dulcis adempta quies. Quod mea felici signarunt nomina fato, Seruatum totis uiribus ipse uides.

---

2 cf. Ov. Trist. 3, 5, 46 Caesareum caput . . . quod caput orbis erat. 6 cf. Verg. Catal. 11, 32 Eleis sanguine fluxit humus. 8 cf. Mart. 11, 36, 3 rupta sororum fila 9, 76, 6 inuidit de tribus una soror Et . . incidit stamina. 12 cf. Mart. Ov. St. 34.

(83.)

Conradi Celtis Carmen Ad J. Fussemanum Regium Senatorem.

Heu miseram sortem duramque a sidere uitam, (F. 90[2].)
Quam dat doctiloquis uatibus ipse Deus!
Siue deus seu fata ferant seu nostra uoluntas,
Sunt miseri, ingeniis qui micuere bonis.
Virgilius patrios miserandus perdidit agros 5
Et seruus stabulis factus in urbe fuit;
Proscriptus Geticas habitauit Ouidius oras
Et procul a patria barbara regna tulit;
Tarpeiae inuisus fuerat sed Horatius urbi,
Solus Maecenas uerus amicus erat. 10
Ast ego, Germano qui primus in orbe poeta,
Cui scripta est multis patria carminibus
Et uirtus laudata bonis, scelera exagitata,
Quae pia posteritas non sine laude canet:
Me miserum quotiens iniuria ficta lacessit 15
Innocuam uitam commaculare studens!
Forsitan haec nobis deus ad meliora parauit,
Ut pateat uitae candida fama meae.
Accedit nostris ingens nunc pondus aerumnis,
Infirmus lecto uoluor ut ipse meo. 20 (F. 91.)
Jamque miser iaceo cunctis despectus amicis,
Dum me pauperies uexat et atra lues.

---

1 sydere. 6 stabulis; *ita Cod. et sine dubio ipse etiam poeta; cf. de hac fabula Comparett. Verg. p. 301 et Indic. s. v. Vergil.* 9 Oracius.

---

1 cf. Prop. 1, 6, 36 Viuere me duro sidere. 2 cf. Enn. Ann. 568 Vahl. Oratores doctiloqui 3 cf. Stat. Theb. 3, 60 siue haec sententia diuum, seu fortuna fuit Claud. Bell. Get. 171 seu fata uocabant, seu grauis ira deum. 5 Mart. 8, 56, 7 Jugera perdiderat *cet.* 7 Ov. Trist. 4, 9, 17 Quod Scythicis habitem longe summotus in oris Trist. 5, 1, 13 Sic ego Sarmaticas longe proiectus in oras. 14 cf. Ov. ex P. 1, 4, 24 Quam laudem a sera posteritate ferat.

Scilicet aduersis rebus se prodit amicus,
Ignotus laetis qui mihi rebus erat.
Solus ades, nostros poteris qui auferre dolores, 25
O Fusemanne, meis unica cura malis!
Te mea Musa rogat, quae te super aethera tollit,
Pollicita ut regis iam mihi summa detur:
Ni faciant, ueniet mea sub fora cara supellex,
Ut mihi iam miseros comparet aere cibos! 30

(84.)

Idem Ad Fusemanum Regium Senatorem De Castore Sibi Misso.

Jam tibi pro fibro mittit sua munera Celtis, (F. 91; 145[2].)
Cui similem in ripis nec uagus Ister alit,
Septifidus Geticum qua sese effundit in aequor
Et stagnans pingues procreat unda fibros.
Quadrupedes, pisces, uolucres, salamandra sub orbe 5
In propriis uiuunt quaeque animata locis:
Sed castor terris et uitam ducit in undis,
Per duo se cautus sic elementa fouens:
Auriuagas pennas huic si natura dedisset,
Jam tria praeberent fibro elementa domum. 10

83, 25 aufferre. 29 chara suppellex. 30 ore; *sed quum ea uox h. l. uix explicari possit nec loci, ubi nota illa pentametri clausula occurrit, ullam medelam subministrent (e. g. Ov. R. A. 94 solitum cum uehit ore cibum) conieci* aere. **84,** 5 Salemādra.

83, 23 cf. Ov. Trist. 5, 5, 49 Scilicet aduersis probitas exercita rebus *cet.* 26 cf. Ov. Trist. 4, 5, 2 Unica fortunis ara reperta meis. 28 pollicita — summa cf. Ov. Fast. 3, 366 pollicitam . . adde fidem; Neue Formenl.[2] II, 314. **84,** 2 cf. Ov. ex P. 2, 2, 38 barbarus Hister habet; ex P. 3, 2, 44. 3 cf. Ov. Trist. 2, 189 ad egressus septemplicis Histri Lucan. 3, 202 Multifidi Istri. 7 cf. Plin. N. H. 32, 3, (13) in iis quoque quibus et in terris uictus est, sicut fibris quos castoras uocant 4, 14 geminus similiter uictus in aquis terraque.

(85.)

Ad Fusemannum De Duobus Capis.

Suauior Austriacis non est comesta sub oris
Quam caro, de binis quae mihi missa capis.
Illos crediderim Marcum pauisse Catonem,
Impinguare docet quique secare capos.
Haec quotiens nostro fuerat caro trita sub ore, 5
Laudatus totiens mi Fusemannus erat,
Qui me languentem pressumque a sorte maligna
Muneribus uariis ornat et esculiis.

(86.)

Piscis Alatus Pendens In Aere Ad Spectatorem.

Squamigeris natura mihi dedit aequora pinnis (F. 92.)
Et tepidos alis posse secare notos.
Sed peterem maiora meo cum fata uolatu,
Protinus in laqueos me cecidisse uides:
Exemplo nostro quisquis sic altius ambis, 5
Quam natura feret, ne capiare caue.

(87.)

Episodion Cuspiniani Poetae Ad Magnificentissimum Regium Senatorem Jo. Fuchsmannum De Litteris Optime Meritum Ac Musarum Patronum.

Venisti tandem clarissima gloria gentis
Austriacae et totiens ecce uocatus ades,
Venistique diu populo expectatus ab omni,
Pannonios rabidus qua rigat Hister agros

86, 3 dū *ex* cū. 5 alcius. 6 neu. **87,** 2 tociens *cf. Bramb. p. 269.*

86, 1 sq. cf. Verg. Georg. 1, 406 leuem fugiens secat aethera pinnis Aen. 4, 257 uentosque secabat; Auct. Cir. 538. 4 cf. Ov. Rem. Am. 502 In laqueos . . decideratque suos. 5 sq. cf. Ov. Her. 16, 97 Disce meo exemplo *cet.* 6 Ov. Fast. 1, 58 ne fallare caue. **87,** 1 Stat. Silv. 2, 4, 24 celeberrima gloria gentis; cf. Ov. Met. 12, 525. 3 cf. Lucan. 5, 671 terraque exspecter ab omni.

Et qua mixtus equo contentum dirigit arcum, 5
Occultat populos densa sagitta senis.
Venisti felix multumque diuque uocatus
Et plausum aduentus concitat usque tuus.
Sic Teucri exultant medio certamine fusi,
Adueniens multam dum tulit Hector opem; 10
Sic regi antiquo Numidarum bella relinquens
Punica et adueniens Scipio gratus erat;
Sic catulos ueniens genitor leo saepe tuetur,
Ne prolem laceret inuida turba canum.
Haud secus ingenti nostrates uoce feruntur 15
Laetitiamque nouam uoce sonante probant,
Dum qui iura tenet regis, dum regius heros
Aduolat et patrios incolit ille lares,
Dum redit et sospes per mille pericula uectus
Omine felici Mercurioque duce 20 (F. 93.)
Ac quae Romulei maiestas sacra Quirini
Nunciat et quae sint dicta uerenda ducis;
Quae praecepta uelit, auidi populusque patresque
Haerent, quo regis te duce iussa notent;
Astat et arrectis numerosa caterua clientum 25
Auribus: his mixtus te quoque saepe sequor;
Ut Musis facilem, Musarum clarus alumnus,
Te praestes, uatum hoc maxima turba rogat:
Hoc te Cimbriacus, qui munera bina poetae
Gessit, Amaltheus hoc quoque rite petit; 30
Hoc te Germanae Celtis spes maxima gentis
Obsecrat, hoc Balbi Musa benigna cupit,
Hoc, nos qui mittit, miles Phoebi nouus orat:
Sic Tua uersiculis fama perennis erit.

---

6 Occultans — tensa *locus sine dubio mendosus; conieci* occultat-densa. 7 felix. 14 lacerat.

---

5 cf. Verg. Aen. 11, 654 Spicula . . dirigit arcu. 14 cf. Tib. 1, 5, 56 aspera turba canum. 16 uoce sonante *eod. uers. loc.* Ov. Fast. 4, 302. 19 cf. Prop. 3, 24, 15 per mille pericula uitae. 25 cf. Verg. Aen. 1, 152 adrectisque auribus adstant Anth. L. 11, 114. 34 Ov. Am. 1, 10, 62 Carmina quam tribuent, fama perennis erit.

(88.)

Ulsenti Medici Carmen.

Psallere Phoebeas Tholophus dum gestit ad aras
Optat et Alciden saepe redire nouum,
Qui modo Pierides studet illustrasse Camenas
Pollicitus numen perpetuare tuum:
Cur feriisse potes diuinis, oro, sagittis 5
Perspicuum uatem, mitis Apollo refer?
Francica ab innocuo iubeas fera tela reuelli
Pectore: ni facias, desinis esse pius.
Francica tela uocant infecto sanguine morbum,
Quem corrupta seges bilis et atra facit. 10

(89.)

H. Euticus Jo. Fusimanno Senatori Regio.

Curtos Euticus ire Fusimanno
Mandat uersiculos domum, repente
Quos iussit pedibus uiam citarent
Ipsumque exciperent salute primum,
Hinc sese facerent uiroque notum, 5
Cui docti cupiunt suis poetae
Omnes blandidulis placere nugis.
Hi cum uersiculi suis tabellis
Ignoti uenient tuas ad aedes,
Grato suscipias uelim fauore 10
Ipsos: quin animo et manu benignis, (F. 94.)
Ut tu cuncta soles, satis decenter

88, 1 Gescit. 3 Pyerides. 7 Francia.

88, 9 sq. cf. Cic. Tusc. 4, 10, 23 cum sanguis corruptus est aut . . . redundat bilis, in corpore morbi nascuntur Ibid. 3, 5, 11 quasi uero atra bili *cet.* 89, 1 sqq. *Poeta in his uersiculis scribendis Martialis praecipue meminisse uidetur* cf. Epigr. 7, 26, 1 sqq. Apollinarem conueni meum Scazon *et* 3, 5, 1 sqq. *sim.* 10 cf. Mart. 7, 26, 6 Noto rogabis ut fauore sustentet. 11 cf. Mart. 3, 5, 7 (ad librum) te manibusque sinuque Excipiet Auson. Epist. 16, 61 Libelle felix . . . quem mente et aure consciis perleget.

Quae dono tibi gratiosa dantur.
Quod si sensero gratia receptos,
Musas allicies meas timentes, 15
Ignotae modo ne nimis loquantur.

(90.)

Quidam Adolescens In Polonum Qui in Romanorum Regem Scripserat.

Quis, Neptune, tuis coelum non misceat undis, (F. 95.)
Quis Nereo mare, non auferat astra Joui?
Si miser Aonium tentat Polonus honorem,
Si noua nunc etiam carmina scropha facit!
Namque graues iecit postquam post terga lapillos 5
Deucalion, durum nascitur unde genus,
Semper in ignoto latuisti inglorius orbe
Nec, Polone, tibi tanta Minerua fuit,
Ut numerum dextrae digitorum scire ualeres
Ipse tuae: asper eras, stultus, ineptus, iners. 10
Barbaries nulli maior: proferre solebas
Tam stolido et tristi uerba Latina sono,
Ridicula ut Crasso mouisses uoce cachinnum;
Quae breuis est, erat haec sillaba longa tibi.
Praeterea pecori te similem fama ferebat, 15
Moribus, ut perhibent, par non porcus erat.
Ergo quis neget esse deos? quae numina diuum

90, 4 stropha. 5 polono. 5. *uers. in cod. mutilus; quum h. l. non solum metrum ageretur, sed sententia etiam esset restituenda, inserui* postquam, *quod uocabulum facillime a librario ob sequens* post *omitti poterat; an potius:* namque graues ex quo iecit post terga lapillos? cf. Juuen. 1, 81 Ex quo Deucalion *est.* 13 Rachinnum. 15 phama.

89, 14 Mart. 7, 26, 5 Si te receptum fronte uideris tota. **90,** 1 sqq. *cf. de simil. ueterum locis* Ov. u. s. V. I, 110 sqq. Phil. Abh. I, 14 sq. 5 sq. cf. Verg. Georg. 1, 61 sq. quo tempore primum Deucalion . . lapides iactauit . . . Unde homines nati, durum genus Ov. Met. 1, 414. 12 cf. Ov. Am. 2, 6, 24 Reddebas blaeso tam bene uerba sono. 13 cf. Spaet. l. Dicht. I, 81.

Non colat? et meritis non uacet ara sacris,
Si miser Aonium tentat Polonus honorem,
Si noua nunc etiam carmina scropha facit! 20

(91.)

Ad Sigismundum Fenizer.

Marmoreas nemo sine marmore construit aedes, (F. 97[2].)
Nec nisi de ligno lignea nauis erit.
Aurea componam tibi carmina: miseris aurum.
Interea hos luteos accipe uersiculos!

(92.)

Ad Maximilianum Romanorum Regem Sebastianus Brant.

Ingredere auspiciis, Rex Maxmiliane, secundis: (F. 98.)
Grandia, debentur quae tibi, regna cape;
Qui nisi maiorum rex nobilitate fuisses,
Rex uirtute tua iure futurus eras.
Te duce belligeris postquam data iura Britannis, 5
Altera nunc ultro se tibi regna ferunt:
Nam modo Sarmaticis compellat Pannon ab oris,
Te populi regem, te proceresque uolunt.
Pareat imperio genitoris Rhenus et Hister
Et tibi, quodque ingens abluit oceanus. 10

(93.)

Epitaphium Annae Musicae.

Perlege quisquis ades Germanis incola terris,
Perlege nec lacrima parce madere genas:

92, 4 uire. 7 Bannon. 10 occeanus. **93,** 2 lachrima.

92, 3 sq. cf. Ov. ex P. 1, 8, 17 magni generis, uirtute quod auget. 5 cf. Hor. Carm. 3, 3, 43 triumphatisque . . . iura dare Medis Claud. Bell. Gild. 19 iura Britannis Diuidit Spaet. l. Dicht. I, 11. **93,** 2 Ov. A. A. 3, 376 Et lacrimis uidi saepe madere genas.

Anna iacet, iacet Anna, tuae praeconia gentis,
  Musica cui facili tam bene nota manu!
Haec quotiens citharam plectro pulsauit eburno, 5
  Credidimus cithara mille uolasse manus,
Seu calamos inflare leues, seu psallere iuuit,
  Pieridas dixti concinuisse deas.
Orphea iam tacuit uatem longaeua uetustas,
  Amphionem Dirce non tulit ulla suum. 10
Magna ruunt, magnis mors inuidet ipsa; quid ergo
  Ingenio prodest praeualuisse deos?

(94.)

Aliud Epitaphium De Eadem.

Ingemat Aonidum coetus, date carmina uates
  Et tumulo aeternas spargite ubique rosas!
Anna iacet uiridi nimium praerepta iuuenta,
  Quae fuerat uestri lausque decusque chori.
Quicquid ab antiquo Thamyras, Terpander et Orpheus 5
  Excoluit docta concinuitque lyra,
Quicquid et in nostro finxit sibi musica saeclo,
  Siue manus, placidum seu fuit oris opus,
Nouerat et geminas pariter ruit Anna per artes
  Et calamis mixtos plectra dedere sonos: 10
Cesserunt ueteres, cessit noua temporis aetas,
  Crede, aderat toto clarius orbe nihil.

93, 5 cytharam. 8 Perieridas. 10 Drice. **94,** 5 Tamiras. 9 periter.

93, 3 cf. Ov. Am. 3, 9, 39 iacet ecce Tibullus. 5 Verg. Aen. 6, 647 iam pectine pulsat eburno Lygd. 4, 39 plectro modulatus eburno. 7 Verg. Ecl. 5, 2 Tu calamos inflare leues. 9 cf. Mart. Sp. l. 5, 3 Nec se miretur . . longaeua uetustas. 11 sq. cf. Ov. Am. 3, 9, 19 sq. **94,** 3 cf. Auson. Parent. 14, 3 in primae raptus mihi flore iuuentae; Spaet. l. Dicht. I, 77. 5 cf. Ov. A. A. 3, 399. 6 cf. Ov. Am. 3, 9, 24 inuita concinuisse lyra. 11 Ov. Fast. 1, 151 tunc est noua temporis aetas. 12 *cf. loc. Ouidian.* supra p. 97.

(95.)

Captatio Beneuolentiae.

Parcite carminibus, si quid minus ordine uero (F. 99.)
Persumant, nostris, psallere, (posco) senes;
Parcite uos fontes sacri, genus unde Latinum
Emanat pexum, si minus apta canam;
Parcite uos orbis dii magni, carmina quorum 5
Ingenio est canere mellificata suo:
Non facio ut doctus uidear, sed maximo amore,
Quem pro Rege fero Maximiano alacri.

(96.)

Johannes Mathias Tiberinus Utriusque Doctor Diui Sigismundi Austriae Archiducis Laudes Aeternae Posteritati Consecrat. Ad Serenissimum Atque Illustrissimum Dn̄m D. Sigismundum Dei Gratia Inuictissimum Austriae Archiducem De Bello Strage Et Obitu Bellipotentis Caroli Burgundiae Ducis Liber Feliciter Incipit.

Argumentum primi libri:
Bellorum causas et Petri funera primus
Explicat: Egregium perlege, lector, opus.

Rumpite Pierides mihi longa silentia diuae (F. 115[2].)
Tuque meis, Thymbraee, fauens allabere coeptis,
Qui das eloquio sanctos fulgere poetas:
Gesta Sigismundi ducis et bella inclyta dicam
Burgundique acies et principis atra superbi 5
Funera, qui tandem Tirolensibus occidit armis, (F. 116.)
Indomitasque urbes hostis de fauce receptas.
Tuque mihi, dux alme, refer, si dicere gratum est

96, 1 sq. *uox* diuae *deest in primo uers. et legitur post* Thymbr *in secundo.* 2 Tymbree.

95, 3 Verg. Aen. 1, 6 genus unde Latinum. **96,** 2 cf. Verg. Aen. 3, 85 Thymbraee 89 animis inlabere nostris Georg. 1, 40 Auct. Cúl. 25 meis allabere coeptis.

Et si scire licet, quae causa indigna coegit
Burgundum audacem tua regna lacessere bello 10
Coniunctosque tibi populos: iam uiscera sancto
Fonte calent, iam totus agit mea pectora Phoebus.
Gens antiqua sedet fluuio uicina Lemano,
Heluetia a priscis, quae nunc Alsatia fertur:
Iste Sigismundi locus est et plurima circum 15
Oppida finitimaeque urbes, pulcherrima regna.
Verum hic nonnulli proceres Suitensibus armis
Accincti populos in seditione tenebant,
Indignos ausi domino conuertere calces.
Hos cum non posset dux ardentissimus aequi, 20
Dux clemens pacisque pater frenare rebelles,
Ad Carolum properat Burgundum et foedera iungit,
Qui bene gestarum rerum splendore superbus
Nomen Alexandri factis aequare parabat,
Cuique erat antiqua consanguinitate propinquus, 25
Et quocunque modo ualeat domitare Sueuos
Explorat secum: contra quem fraude reperta,
Quo sibi praeclaras Rheni submitteret urbes,
Dux Burgundus ait: „si rite audita Philippi
Dicta patris mens nostra tenet, fortissime princeps, 30
Reddere multa mihi numorum milia debes:
Sint oblita tamen! nunc rursum protinus auri
Milia certa dabo, dederis si pignore nobis
Hos contumaces populos gentemque superbam.“
Ad quem magnanimus princeps Tirolensium inquit: 35
„Dux, genus inuictum, Burgundae gloria gentis,

---

17 switēsibus. 25 osangwite. 26 sweuos. 28 submittet. 29 phillipi. 35 tirolensis.

---

9 sq. cf. Verg. Aen. 11, 253 quae uos fortuna . . Sollicitat suadetque ignota lacessere bella. 14 cf. Ov. Fast. 1, 325 priscis Agnalia dictum. 16 cf. Verg. Aen. 3, 106 centum urbes habitant magnas, uberrima regna. 22 cf. Spaet. l. Dicht. I, 51. 25 Verg. Aen. 2, 86 et consanguinitate propinquum. 29 Verg. Aen. 3, 107 si rite audita recordor. 36 cf. Ov. Met. 12, 525 Lapithaeae *gloria gentis et* supra p. 119.

Cedo libens quaecunque uelis neque dicta recuso,
Dummodo consuetis foueas sub legibus urbes
Nec praeter solitum grauiora tributa requiras,
Cumque uelim liceat mihi regna redimere semper. 40
His rebus sit firma fides, dolus omnis abesto."
Talia concordes inter se foedera iungunt:
At Carolus diro regnandi incensus amore
Praefectum populis Petrum designat Hagenbach,
Sanguinis humani cupidum, pietate carentem, 45
Et multo populos Burgundo milite complet
Perpetuaque sibi componit pace ducissam,
Quae regit extincto Sabaudia regna marito,
Ut premat hinc fortes dextra laeuaque Sueuos.
Qui si omnino contra Burgundos arma tulissent, 50
Victor erat, Rhenum domuisset et Austria regna;
Vel si iustitia iuncta pietate tyrannus
Has gentes populosque sibi fecisset amicos,
Votis forte suis fortuna secunda fauisset.
Hic tunc Petrus atrox dominoque simillimus ipsi, 55
Improbus, impatiens et inexorabilis, asper (F. 117.)
Exigit insuetos census et prisca locorum
Decreta et leges, legum contemptor, obaudit
Et nec iustitia nec religione mouetur.
Ad quem nonnulli patres ex urbibus illis 60
Accedunt auresque suas clamoribus implent,
Ne libertatem populorum et foedera soluat
Contra iustitiam contraque inscripta uicissim
Pacta ducum; uideat, populos ne reddat egentes.
Quos hic ut accepit, sub carcere condidit atro 65

---

50 oio. 52 pie^te. 56 in exorabilis. 58 *Sic MS.! cf. Proleg.* 60 At quem.

---

37 cf. Verg. Aen. 2, 704 Cedo equidem nec . . ire recuso. 41 cf. Verg. Aen. 11, 14 timor omnis abesto. 43 cf. Verg. Aen. 2, 343 insano C. incensus amore. 46 Verg. Aen. 2, 495 et late loca milite complent. 56 Hor. Epist. 2, 3, 121 Impiger, iracundus, inexorabilis, acer. 61 Verg. Aen. 5, 341 magnis S. clamoribus implet.

Exactisque statim nonnullis inde diebus
Abstulit his uitam gladio et caput ense recidit:
Impastus ueluti lupus inter ouilia rumpens
Mandit molle pecus nec fletu a funere cessat.
Hoc crudele scelus grauiter regionibus illis 70
Displicuit, coeunt populi dirumque recusant
Imperium maluntque mori, quam ferre tyrannos.
Inter quos primi Suitenses, inclyta bello
Corpora, consilium patriae de rebus agentes
Agnoscunt magno Burgundi principis astu 75
In caput ista suum fieri gentisque ruinam.
Delectos ergo legatos ordine ab omni
Constituunt toto patriae iubilante senatu,
Qui secum succensa ducis placidissima reddant
Corda Sigismundi, pacem auxiliumque reportent. 80
Haud mora, discedunt iussi rapidisque feruntur
Passibus et tandem sibi designata capessunt
Tecta Sigismundi, sublimia et atria lustrant
Hisque ducem ingressi dictis uenerantur amicis:
„O dux, Teutonicae decus et spes inclyta linguae, 85
A te nos primum ueniam pacemque rogamus
Et petimus de more pio per uiscera Christi,
Parce tuum regnum populari et perdere ciues!
En quot Burgundus princeps immanis et asper
Abstractis etiam rebus demittit ad umbras! 90
Quatuor et nuper uita spoliauit et auro
Ausos effari pro libertate tuorum.

---

68 int' aulia; *scripsi* ouilia *cf. loc. infr. laud.* 71 cohēnt. 85 Theutonice. 87 cristi.

---

67 cf. Lucan. 2, 194 cunctos simul ense recisos. 68 sq. Verg. Aen. 9, 339 Inpastus ceu plena leo per ouilia turbans . . manditque trahitque Molle pecus. 77 Verg. Aen. 7, 152 delectos ordine ab omni. 81 Verg. Aen. 7, 156 Haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur Passibus. 83 cf. Verg. Aen. 12, 474 alta atria lustrat. 84 cf. Verg. Aen. 8, 126 dictis affatur amicis. 86 Ov. Am. 1, 2, 21 ueniam pacemque rogamus. 90 cf. Sil. 1, 439 demiserat umbris.

Eripe nos, dux magne, trucis de fauce tyranni:
Tu caput es nobis et nos tua membra uocamur,
Nos tua membra sumus; quae ne sint serua tyranni, 95
Reddere concessum uolumus (si deficit) aurum.
In te bella geret, nos decertare parati
Adsumus et nullos armorum horrescimus usus."
Ollis sedato respondit pectore princeps:
„Est mihi mos semper, proceres, concedere seruis 100
Et premere indignos, opibusque augere fideles:
Nobis este pii et quaecunque optatis habete!
Hinc audite modum, quo uos e fauce tyranni
Actutum eripiam: primum deponite numos
Et uiolata sibi grauiter mea pacta referte, 105 (F. 118.)
Quodque meas laedit uox hausti sanguinis aures.
Interea dirum praefectum includite uinclis
Et duo delecti patres e qualibet urbe
Explorent hominem iuxtaque delicta rependant.
Pellite mente metum, ciues: ego uester in armis 110
Dux ero et hac forti redimam mea pignora dextra."
Dixit et oblati libauit pocula Bacchi
More suae gentis dextramque tetendit amicam.
Heluetii hoc tanto et Suitenses munere laeti
Audaces in equis redeunt pacemque reportant. 115
Exultant urbes, quibus est experta tyranni
Impietas, laetis deponunt mentibus aurum
Et libertatem magno clamore salutant.
Et iam delecti patres e qualibet urbe
Conuenere simul, populi quos ante coibant 120
Gesta recensentes crudelia praesidis: ut quod
Innocuos ciues uita priuarit et auro.
Astant et flentes uiduae caesosque maritos

---

98 Ad sumus. 99 Olli. 112 bachi. 114 switenses. 120 cohibant. 122 aure; *scripsi* auro *cf. supra v. 91.*

---

99 Verg. Aen. 12, 18 Olli sedato respondit corde Latinus. 112 Verg. Aen. 3, 354 libabant pocula Bacchi. 115 Verg. Aen. 7, 285 Sublimes in equis redeunt pacemque reportant. 118 cf. Verg. Aen. 3, 524 laeto socii clamore salutant.

Contra iura sibi lacrimis testantur obortis.
Judicium proceres Petri de morte tulerunt 125
In medioque urbis praecincto lumina uitta
Illi indignanti caput a ceruice reuulsum est.
Certior effectus per publica scripta repente
Burgundus princeps sese legit esse repulsum,
Arma parat bellumque uiris mortemque minatur 130
Finit liber primus.

Joannis Mathiae Tiberini Liberalium Artium Et Medicinae Doctoris Ad Sereniss. Atque Illustr. Principem Sigismundum Dei Gratia Inuictiss. Austriae Ducem De Bello Strage Et Obitu Bellipotentis Caroli Burg. Ducis Liber Secundus Feliciter Incipit.

Argumentum secundi libri:
Burgundi pugnas narrat mortemque secundus
Atque Sigismundo parta trophaea Duci.

Ut dux praesensit Burgundi principis arma,
Concilium patriae et coniunctas aduocat urbes.
Conuenere simul, primum Lothoringius heros,
Hostis atrox Caroli, bello dux clarus et armis,
Magnanimûm longa procerum stipante caterua, 5
Illustrisque comes uenit Ludouicus Othingen, (F. 119.)
Armorum domitor, praestanti milite septus
Et proceres multi atque urbes ditione solutae,
Argentina potens et Basilea uetusta
Atque aliae innumerae, quarum cognomina nescit 10

---

124 lachrymis — ab ortis. 126 lumĩe uita; *correxi.* cf. Senec. Med. 70 praecingens tempora uinculo. 128 efectus. 2 conuictas; *correxi.* 3 Lothoringus; *scripsi* Lothoringius, *ut etiam cod. infr. v 164.*

---

124 cf. Verg. Aen. 3, 492 lacrimis affabar obortis. 127 Verg. Georg. 4, 523 caput a ceruice reuulsum cf. Ov. u. s. V. II, 8. 130 cf. Verg. Aen. 12, 760 mortem contra praesensque minatur. 4 cf. Verg. Aen. 1, 545 nec bello maior et armis. 5 Verg. Aen. 1, 497 magna iuuenum stipante caterua. 10 cf. Ov. ex P, 4, *16, 37* quorum mihi cuncta referre Nomina longa mora est.

Musa loqui, magnae multum belloque potentes.
Hic omnes contra Burgundum mentibus aequis
Conspirant procerumque calent in proelia mentes.
Est locus in ripis Rheni praeclarus et ingens,
Quem Neus Teutonici patrio cognomine dicunt: 15
Huc se Burgundus multis cum milibus heros
Contulit ingentique locum obsidione premebat.
Hic dominus Simei, comes hic tentoria Nassae
Fixerat, hic Jacobus bellorum maximus auctor,
Illic degeneres Burgundi principes ambo, 20
Istic Sunthenae praeses et plurima turba
Magnanimum heroum, quos ob sua dura relinquo
Nomina, castellum forti cinxere corona.
Jamque solo aequarant bombardis moenia circum,
Cum gens in bellum Germania fortis et audax 25
Aduolat et uentos cursu praeuertit equorum.
Ut rubrae fulsere aquilae, Tirolensia signa,
Et tuba terribile belli dedit aurea signum, *
Sanguinolenta duces inter se proelia miscent:
Non sic densa ferit sublimia culmina grando, 30
Cum flant alpini boreae, ceu fulminat ictus
Armorum flictu, ualles coelumque remugit.

---

15 Theutonici; *ita semper.* 18 sq. *sic h. l. et infr. v. 211 sq. — quum satis ueri simile sit, comitem Nassae esse comitem Engelbrecht de Nassau, Jacobum autem Jacobum Galeotum (Galiozzo) Italorum ducem (cf. Fugger 794; 836 Lichn. 7, 163), de domino Simei nihil habeo comperti.* 28 taba-terribilè. 32 conflictu.

---

14 sq. cf. Verg. Aen. 1, 530 Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. 17 Verg. Aen. 8, 647 ingentique urbem obsidione premebat. 18 cf. Ov. u. s. V. II, 64. 19 cf. Ov. Met. 5, 8 belli temerarius auctor. 23 Verg. Aen. 11, 475 muros uaria cinxere corona. 26 Verg. Aen. 7, 807 cursuque pedum praeuertere uentos 12, 345 equo praeuertere uentos. 28 cf. Verg. Aen. 9, 503 sq. At tuba terribilem sonitum *cet.* 29 Georg. 3, 220 multa ui proelia miscent. 30 cf. Verg. Georg. 4, 80 non densior aëre grando *cet.* 31 cf. Verg Aen. 4, 442 Alpini boreae nunc hinc nunc flatibus illinc *cet.* 32 cf. Verg. Aen. 9, 667 Dant sonitum flictu galeae Verg. Aen. 9, 504 coelumque remugit.

Talia saepe duces gesserunt bella per annum,
Ter dux Burgundus uictor fuit arce potitus,
Neus ter ab hoste truci Germania sola recepit. 35
Tertius interea Caesar Fridericus in hostem
Gentis Teutonicae properat, quem mille phalanges
Assuetae in castris equitum peditumque sequuntur;
Huius in aduentu sublimi atque impete tanto
Burgundus pacem deterritus impiger orat. 40
Ad quem magnanimo Caesar sic edidit ore:
„Parce meam bello, princeps, inuadere gentem;
Castra inimica moue teque his statim excipe terris:
Sit satis, ut redeas patrias infractus ad urbes.
His ausis pro nunc ueniam concedimus ultro; 45
Si secus, accipies quantum Germania possit!“
Dixit et ante pedes Burgundus Caesaris astans
Regali audacem confusus lumine uultum
Paret et extemplo Neus obsidione leuauit.
Inde datae fidei et spreti pertaesus honoris 50
Aggreditur Solotros bello Bernosque potentes,
Oppida succendit flammis inbellaque rura
In praedam trahit et cunctos circum occupat armis.
Quem contra indomitae gentes fortesque Sueui
Auxilio laeti Tirolensis principis adsunt, 55
Conseruere manum et felici Marte resistunt (F. 120.)
Hinc Burgundus atrox, illinc Germania fortis.
Ac uelut aestiuo sub tempore corus et auster
Aduersi spirant et magno murmure coelum
Percurrunt rapidi, strepitu maria alta tremiscunt: 60
Non secus hic agitur gladio et concurritur hasta.
Burgundas tandem debellauere cohortes
Teutonici et quam plura ducis captiua uirorum

38 Asuete.

39 cf. Lucr. 4, 14 impete tanto. 41 Verg. Aen. 7, 194 placido prior edidit ore Ov. Met. 8, 703 Talia cum placido Saturnius edidit ore. 56 cf. Verg. Aen. 2, 335 et caeco Marte resistunt. 58 cf. Verg. Georg. 3, 278 Caurumque aut unde nigerrimus Auster. 59 sq. cf. Lucr. 5, 1219 Bern. et magnum percurrunt *murmura* coelum.

Corpora uictores laeti ad tentoria uertunt!
Postquam fata negant aditum sibi regna per illa, 65
Dux aliud molitur iter Burgundus in hostem;
Granse petit circumque furens tentoria figit
Et telis populum et tormentis percutit urbem,
Hic quoque bisseno forti certamine pugnans.
Deficiunt uires urbi: ne cognita crescat 70
Ira ducis, pacem ciues ueniamque precantur
Et uicti portas reserant; ruit obuius hosti
Ter centum patrum supplex ex urbe senatus,
Quos dux Burgundus crudeli lumine lustrans
Actutum laqueo cunctos suspendit ad urbem 75
Atque locum multo Burgundo milite implet.
Successu hoc Carolus princeps elatus acerbo,
Infelix uictor (docuit post exitus ingens;
Aethereas dux tantus adhuc suspiceret auras,
Regna lacessisset si non Germanica bello) 80
Castra mouet ducitque suas in regna cohortes,
Quae dux Lothringus summa uirtute gubernat,
Obseditque arcem dictam cognomine Mortam.
Arduus hic locus est praecelsi in uertice montis;
Ergo acies in ualle locat faucesque uiarum 85
Claudit, ne qua loco deferri auxilia possint.
At non Teutonicae peditumque equitumque phalanges
Sustinuere moram, sed equo calcaribus acto
Ciuibus auxilium magno clamore tulerunt
Et gladio fecere uiam, ceu messor in armis 90
Cum segetes laetas resecat, uia falce patescit
Conceduntque locum succisae a stipite messes.
Non secus in fortes Burgundos inclita bello

---

73 suplex. 80 Germania. 88 actis.

---

67 cf. Ov. Fast. 3, 527 tentoria ponunt. 71 cf. Verg. Aen. 3, 144 ueniamque precari Ov. Am. 1, 2, 21 ueniam pacemque rogamus. 76 Verg. Aen. 2, 495 et late loca milite complent. 84 cf. Verg. Aen. 11, 526 summoque in uertice montis Planities i. iacet Aen. 5, 35. 90 sq. cf. Verg. Aen. 10, 513 metit gladio latumque per agmen . . limitem agit ferro.

Nunc has, nunc illas acies Germania fundit.
Ergo ubi dux Carolus sibi fata obsistere belli 95
Et fractos uidit socios, hostemque superbum
Alite felici turmas prosternere ferro,
Terga dedit primus; rerum caput ut fuit absens,
Consuluere fugae proceres sparsique manipli
Diffugiunt nullamque uiam formidine seruant. 100
Instant Teutonici praedae et legione soluta
Omnia Burgundi tentoria fixa refigunt,
Diripuere ducis uexilla, trophaea, quadrigas
Telaque et ingentes bombardas, omnia belli
Arma et equos multumque argenti atque aurea
mensae 105 (F. 121.)
Pocula craterasque simul pictosque tapetas.
Et quoscunque ualent acri praeuertere cursu,
Victrici superant gladio ferroque trucidant.
Ductores belli diuisa ex ordine praeda
Digna Sigismundo Tirolensi munera mittunt: 110
Signa ducis uicti, uexilla ingentia septem,
Tum phaleras uestesque argenti pocula et auri.
Illustris princeps, spoliis decoratus opimis,
Burgundi uexilla suas suspendit ad aedes.
At non illustri Burgundo audacia cessit: 115
Disiectas acies certo clangore tubarum
Colligit et dictis animos solatur amicis:
„O socii fortes fugimus, deponite curam;
Non nos hostilis uirtus, quae nulla, nec horror,
Sed sors infelix et confidentia fudit. 120

---

98 abses 106 caterasq. 112 faleras. 120 infoelix.

---

99 cf. Verg. Aen. 11, 870 Disiectique duces desolatique manipli Tuta petunt 105 sq. Verg. Aen. 9, 358 Armaque craterasque simul pulchrosque tapetas. 107 cf. supra p. 131. 113 cf. Verg. Aen. 6, 855 insignis spoliis M. opimis. 116 Verg. Aen. 2, 313 clangorque tubarum. 117 Verg. Aen. 5, 770 Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis Ov. Fast. 5, 237 uerbis solabar amicis. 118 sqq. cf Verg. Aen. 1, 218 sqq. O socii . . . reuocate animos moestumque timorem mittite.

Pellite magnanimo uanum de corde timorem:
Per superos iuro, perque hoc caput ossaque patris,
Jam nostro uires populo cogemus ab omni
Armaque Teutonicos Burgunda timere docebo!"
Dixit et e patriis cogens auxilia terris 125
Contraxit gentem innumeram; uenere Picardi,
Assueti duros belli perferre labores,
Et Luciburgum et Burgundia et Anglia diues,
Geldria, Leodium, Brabantia, Flandria uenit
Venit et arctoo Zelandia proxima ponto. 130
Urbs est, quam Carolus decursa aestate subegit,
Nanse Teutonici patrio cognomine dicunt,
Quam procul excelsi montes iuga peruia coelo
Attollunt densaeque tenent saxa aspera siluae.
Hanc igitur circum (quoniam defecerat olli) 135
Castra locat princeps odio commotus acerbo.
Faucibus opponit triginta ingentia septem
Horrifico strepitu bombardas saxa mouentes
Atque omnes aditus denso custode coronat.
Ipse autem primus uigilantes moenia ciues 140
Increpat et mortem pro deditione minatur,
Et telis populum et tormentis concutit urbem.
Inclusi ciues audaci Marte resistunt,
Ipsi etiam e speculis non irrita tela per hostes
Jactant et totis adnixi uiribus obstant; 145
Dat metus hostis acer ualidas in proelia uires.
Haec apud obsessam Nanse dum bella geruntur,
Johannes urbis praesul dominusque Tridenti,
Cui rediens domitis nomen dat Bacchus ab Indis,
Cum clero et monachis dulces cantantibus hymnos 150

---

129 Gelria-Barbantia. 130 Zelandria. 131 aetate; *scripsi* aestate. 138 Horriffico strebitu — mouẽs. 146 imprelia. 149 bachus.

---

127 cf. Verg. Aen. 12, 177 tantos potui perferre labores. 132 cf. supra p. 131. 139 Verg. Aen. 9, 380 omnemque aditum custode coronant. 143 cf. supra p. 132. 146 cf. Ov. Met. 4, 150 dabit hic in uulnera uires.

Procedit sacra uelatus tempora mitra;
Hinc Nothafft a dextris de stirpe Georgius astat
Atque hinc Ambrosius uirtutis plenus et aeui,
Presbyteri insignes et uterque canonicus urbis,
Quos procedentes sequitur densissima turba 155 (F. 122.)
Exoratque deum, qui terram atque astra gubernat,
Qui solem radiis et lunam cornibus implet,
Ut pacem terris coelo demittat ab alto,
Imploratque omnes superos sanctumque Simonem,
Perfida Judaei quem gens confecit acerbo 160
Funere: caedentes illum sub imagine Christi
Exhaustum pueri pariter bibere cruorem,
Humanas unquam quod non peruenit ad aures.
Concilium interea procerum Lothoringius heros
Aduocat et placido medius sic edidit ore: 165
„Victores socii per tot discrimina semper,
Non patet obsessae uia qua succurrimus urbi;
Inuius hic mons est siluis densissimus altis,
A tergo per quem taciti tendemus in hostes;
Si uobis animi, fortuna utemur et astu: 170
Virtuti dant cuncta locum per tela per ignes!“
Assensere omnes, mox in sua quisque reuersus
Arma parat, depectit equos acuitque machaeras.
Ecce pedes quidam furtim progressus ad hostes
Dona referre putans, si cuncta ex ordine pandat 175
Burgundo secreta duci, deductus ad illum
Has miser infelix fudit de pectore uoces:

---

151 mittra. 154 Presbiteri. 159 Symonem. 161 ymagine. 165 eddit. 169 Attergo. 173 depectat. 176 de de *seq. lacuna; coniecci* deductus. 177 infoelix.

---

151 cf. Ov. Met. 5, 110 uelatus tempora uitta Ov. u. s. V. II, 79. 158 Verg. Aen. 1, 297 demittit ab alto. 160 sq. cf. Verg. Aen. 6, 428 et funere mersit acerbo. 163 cf. Verg. Aen. 2, 81 si forte tuas peruenit ad aures Ov. u s. V. II, 77. 165 cf. supra p. 132. 171 Verg. Aen. 2, 664 quod me per tela, per ignes. 172 cf. Verg. Aen. 2, 130 Assensere omnes et quae sibi quisque *cet.* 175 Verg. Aen. 6, 723 atque ordine singula pandit. 177 Verg. Aen. 5, 481 tales effundit pectore uoces.

„Dux pie, quae uidi nuper, secreta resoluam,
Nec ex ore fluent mendacia perfida nostro:
Cras in te multus per colles irruet hostis.“ 180
Contra indignato princeps sic pectore fatur:
„His latro, terrere putas me, perfide, uerbis!
Ocius hunc, famuli, laqueo suspendite furem,
Pandere principibus secreta aliquando periclum est!“
Ut uenere illuc, ubi transfuga ponere uitam 185
Jussus erat, caelum spectans sic uoce precatur:
„Rex caeli omnipotens, solus qui singula lustras,
Scis non peccaui: nostram hanc ulciscere mortem!“
Nec plura effatus laqueo suspensus ab alto est.
Postera uix stellas oriens Aurora fugarat 190
Et tunc quinta dies Jani de nomine mensis,
Lux soli concessa uago, qui diuidit annum,
Atque aries primo fulgens surgebat ab ortu:
Ecce adsunt densi Tirolensia signa ferentes
Ingenti clamore uirum clangore tubarum 195
Per iuga Teutonici siluestribus inuia capris.
Burgundus strepitu mentem concussus acerbo
Corripit arma furens sociosque accersit in hostes;
Nec mora, procedunt castris ibique agmine multo
Signa inimica uident aciesque ad bella paratas. 200
Conseruere manum: ruptis mox impete-primo
Hinc atque hinc hastis pugnatur comminus ense:
Nil nisi mors et membra uirum et capita alta iacentum
Cernuntur, manant humano sanguine campi. (F. 123.)
Quis tantam penitus stragem, quis funera posset 205

186 Jusserat; *correxi.* 188 pecaui. 189 efatus. 208 Hic.

186 cf. Verg. Aen. 9, 408 Suspiciens altam lunam sic uoce precatur. 189 Verg. Aen. 12, 896 Nec plura effatus. 190 Verg. Aen. 5, 42 Postera cum primo stellas Oriente fugarat; epit. Iliad. 687 Postera cum primum stellas Aurora fugarat. 195 Verg. Aen. 2, 313 Exoritur clamorque uirûm clangorque tubarum. 198 Verg. Aen. 2, 314 Arma amens capio. 200 cf. Ov. Fast. 3, 215 acies ferro mortique paratae. 202 cf. Ov. Met. 3, 119 comminus ense ferit. 204 cf. Stat. Theb. 10, 5 deformis sanguine campus Sil. 14, 130 fecundat sanguine campos Spaet. l. Dicht. I, 55.

Dinumerare et ad ipsum facta ipsa referre?
Teutonici primas acies, iterumque secundas
Obtruncant gladio, uique tentoria rumpunt
Et iactis miscent per castra incendia flammis.
Postquam Burgundo spes nulla relicta salutis, 210
Terga comes Nassae uertit mediosque per ignes
Vicina sese dilapsus in arce recepit;
Hic locus et dominum Simei Latiaeque cohortis
Ductorem tenuit nimia formidine captos,
Hanc et uterque ducis Burgundi spurius arcem 215
Et Sunthena subit solo duce in hoste relicto.
Obsessi ciues portis bipatentibus urbis
Armati statim prodeunt hostemque repertum
Victores in frusta secant neque parcitur ulli.
Teutonici palma deuicto Marte potiti, 220
Ut primum e coelo tristes cessere tenebrae,
Seruantem proceres arcem denso agmine cingunt;
Inclusi salua laeti dant moenia uita,
Inuentus nusquam princeps neque cognitus ulli.
Quarto forte die subter defuncta uirorum 224
Pectora transfixum corpus ducis ense repertum est;
Cui licet hostis atrox princeps Lothoringius esset,
Ipse tamen belli sortem miseratus acerbam
Regali in patria corpus sepeliuit honore.
Cedant res Italae Romanorumque triumphi, 230
Et terra et pelago confecta ingentia bella
Regnorum: maiora facit Germania uictrix
Ante alias populosa, potens, ditissima rerum,

---

206 *cf. de hoc uers. et sim. quae in Proleg. dixi.* 219 frustra; *correxi. cf. Verg. Aen. 1, 212.* 227 *post* 228, *sed uerus ordo indicatus signis in marg. additis.* — luthoringus. 231 in Gentia.

---

209 cf. Verg. Aen. 2, 329 uictorque Sinon incendia miscet. 210 cf. Ov. Trist. 1, 2, 38 nec spes est ulla salutis. 214 Verg. Aen. 2, 384 et formidine captos Spaet. l. Dicht. I, 71. 217 cf. Verg. Aen. 2, 330 portis alii bipatentibus adsunt. 230 cf. Ov. Am. 1, 15, 38 Cedant . . . reges regumque triumphi. vv. 233 sqq. *laudes Germaniae celebrantes imitationem Vergilianae illius digressionis in laudem Italiae (Georg. 2, 136 sqq.) satis aperte produnt.*

Quae nunc humanae uitae quaeruntur in usus.
Non haec producit squamosos terra dracones, 235
Non atrum uirus, sed equos et plurima mittit
Argenti purique auri defossa talenta
Et laetas segetes et dulcia munera Bacchi:
Haec olim Italiam domuit Gallosque rebelles,
Fudit Pannonios, Ligures compescuit armis 240
Subiecitque sibi terras, quas despicit Arctos,
Tractus ab occasu qui surgit et exit in ortum.
Haec eadem ante alias studiis instructa Latinis
Emicat et sacris posuit gymnasia Musis.
Ecce Sigismundus, Tirolensis gloria regni, 245
Pierios uates digno ueneratur honore:
Donec sol primo surget contrarius orbi
Lunaque mutatis dum menstrua cornibus ibit
Et dum lenta trahunt septem sua plaustra triones,
Virtutes laudesque tuae per saecula uiuent! 250

Finis.

Bene ualeat saeculi nostri decus.

(97.)

Ad Magnificum Virum J. Fusemannum Jacobi Pisonis Poetae Laureati Epigramma.

Ad tua Phoebei certatim castra poetae, (F. 139.)
Sicut ad herceum stant, Fusemanne, Jouem.
Vatibus Aoniis es tutum factus asylum,

---

238 Bachi. 244 Gimnasia. 250 sue.

---

235 Verg. l. c. 153 neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis. 236 cf. Verg. l. c. 152 nec miseros fallunt aconita; Verg. l. c. 145 Hinc bellator equus. 237 Verg. l. c. 165 Haec eadem argenti riuos aerisque metalla *cet.* 238 Verg. l. c. 143 Sed grauidae fruges et Bacchi Massicus humor. 247 Ov. Met. 2, 73 et rapido contrarius euehor orbi. 248 cf. Verg. Georg. 1, 353 menstrua luna. 249 cf. Ov. Met. 10, 446 interque Triones Flexerat . . plaustrum. 250 Verg. Aen. 1, 609 polus dum sidera pascet, Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. 97, 2 Hercei ara Jouis *olim a multis legebatur* Ov. Ib. 282 *cf. Merkel Ed. mai. p. 426.* 3 cf. Ov. A. A. 3, 547 Vatibus Aoniis faciles estote.

Te sibi Maecenas posset habere parem.
Externos etenim comi pietate tueris, 5
Omnibus aequali dexteritate faues:
Itala te quondam patronum Musa Bonomi
Sensit et auxiliis est releuata tuis,
Quique habet Oleniae sublimia nomina caprae
Et Jouis e cornu lactea mella bibit, 10
Sic et ab Aemilio descendens stipite Cimber
Et qui de Balbo stemmata ducit auo,
Quique chely superat Latios Germanus alumnos,
Magnum cui nomen celtis acuta dedit,
Et tibi, quem Paean uatem medicumque sacrauit, 15
Comiter acceptus Cuspinianus erat;
Inter et hos imum, quamuis ignotus ab omni
Parte foret, Piso gestit habere locum,
Non quia, quod longe fuit a sapiente remotum,
Me cupiam praeceps insinuare tibi, 20
Sed quo uix noto patronus adesse clienti
Non dedigneris, pagina nostra petit.
Non modicum refert, quali sub iudice litem
Exerces, causae quisue patronus erit.

(98.)

Distichon.

Quem tibi pro modico misi, Fusemanne, libellum (F. 141[2].)
Munere: iucunda conspice fronte, precor!

---

11 Emilio. 15 pean.

---

8 cf. Ov. Trist. 1, 11, 12 mens releuata mea est. 9 cf. Ov. Fast 5, 113 sqq. Oleniae . . . capellae *cet. a nostro poeta his uersibus Pauli Amalthei nomen indicari, uix est quod moneam.* 12 cf. supra p. 34; 49. 19 cf Lucr. 6, 853 Bern quod nimis a uera est longe ratione remotum. 22 *Similes pentametri clausulae apud Martial. praecipue inueniuntur* cf. 5, 16, 10 pagina nostra placet 10, 4, 10 pagina nostra sapit. 23 cf. Hor. Epist. 1, 16, 42 magnaeque secantur iudice lites Epist. 3, 3, 78 et adhuc sub iudice lis est.

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

(Numeri latini ad paginas praefationis pertinent; ceterum cf. de hoc indice quae in proleg. p. LX dixi.)

Aedes urbis Francofurti, postquam Maximilianus rex est electus, fronde coronatae 54.

Alba (Regalis, Stuhlweissenburg), urbs Pannoniae a rege Maximiliano expugnata xxxi. 32. 45.

Alexander VI. Pontif. max. xxx. xxxii („Percusso fulmine camino et truente tecto sauciatur, sed ruinis ipsis protegitur admirando casu« Raynald. l. supr. laud.)

Alphonsi, regis Neapolitani regnum a Gallis occupatur 75. Cf. Raynald. xi, 243. Gregorov. vii, 378 sqq. Reumont. hist. u. R. III, 1, 220.

Amalthei fratres xliii.

Amaltheus, Paulus xix. xxv sq. xxxii. xxxviii sq. xlii. xliii sqq. xlvii. 1 sqq. 73. 120. 140.

Anaunia (Anania, Anagnia), uallis liii. 104. Web. Tir. iii, 210, La Naunia Milan. 1829.

Anglia diues Carolum Burg. adiuuat. 135. De re cf. Fugger E. 794. Lichn. vii, 163. 165.

Anholdensis Comes pugnat in equitum certamine Linciano 16.

Anna de Endingen — Anna musicâ, de quibus S. Brant. scripsit xxxi. 123 sq.

Annus iubilaeus (1500) xxxiii.

Aquila Imperatoris; quinque uocales ei adscriptae xxvi. xxvii. 7. (Cf. Emil. in Oe. Z. 1837 p. 205 sqq. „Ueber K. Friedrichs Devise A. E. I. O. U.« Lichn. viii, 179. Deutsch. Zeit. 1879 30. Sept. 4. Oct. — Paul. Amaltheus illam sine dubio, de qua Matthesius quoque dixit, secutus est explicationem: „Aquila electa iuste omnia uincit.«

Aquilae nigrae imperii Romani 67.

Aquilae rubrae, Tirolensia signa 131. Cf. Dr. A. Busson, der Tiroler Adler. Innsbr. 1879.

Aquileia, urbs ab Attila, Hunnorum rege deleta; narratio illa de ciconiis urbem ante excidium relinquentibus breuiter significatur 4. (Cf. Jornand. p. 123 sq. Grimm S. ii, 17: „Als Attila schon lange die Stadt Aquileja belagerte, fing sein Heer an zu murren. Da geschah es, dass der König sah, wie die Störche ihre

Jungen aus der Stadt trugen, und er sprach: seht, diese Vögel, die der Zukunft kundig sind, verlassen die bald untergehende Stadt. Da schöpfte das Heer neuen Muth, Aquileja fiel« Breitchw. A. p. 34.
Argentina urbs (Strassburg) 130. De re cf. Lichn. vii, 157.
Asteris, carmen Cimbriaci, cuius nemo adhuc uestigia inuenit XXV. 49 (Cf. Lirut. N. p. 398: »questo poema lo compose egli, quando l'anno 1480. avendo Maometto II. mandato il suo Visir ad assediar Rodi, questa fu con valore difesa dai cavalieri Gerosolimitani; e fu il Turco obbligato ad abbandonare l'assedio. E lo intotolò Asteride, poichè tra i molti nomi, che ebbe quest' isola, ebbe ancora quello di Asteria o Asteride.« — De eiusdem nominis apud ueteres usu haud raro dubio cf. Pauly R. E. i, 1917. Forbig. iii, 1014.
Athesis, fluuius (acer) 1 (rapidae aquae) 5.
Athesina uallis liii.
Aurispa Jo. li sq. 97.

Bachilo (nunc Bachiglione, olim Medoacus minor.), flumen prope urbem Vicentiam cf. Forbig. G. A. iii, 514. Paul. R. E. iv, 1707.
Balbus, Hieron. xv. xxiii. xxx xxxviii. xlii. l. li. 120. 140.
Barbari Germanorum poetae sunt appellati xliii. lviii. 114. cf. 109.
Bartholinus, Riccard. xxvi. cf. Tirabosch. vii, 2142.
Basilea, urbs 130. Ad rem cf. Lichn. vii, 157.
Bauzanum (Bozanum, Polsanum in document. a Freher. et Kluepfel. adlatis) vii.
Beatrix, Hung. regina post Matth. Coruini mortem Vladislao Bohem. nubere cupit 67. Cf. Raynald. xi, 174. Lichn. viii, 149. Fessl.-Klein iii, 222; 231; 235.
Belgae uicti 2 sq. 12. 45.
Benacus lacus 5.
Berni potentes 132; Rausch 138.
Bindach, arx xxix.
Biser, Joann. xxxi.
Bohemi 33. 40. 67; eorum de usu sacrorum controuersiae 66.
Boldù, Anton. xxvii. xxxvii. 58.
Bonomus, Petr. xix. xxv. xxxv. xxxviii. xlii. xlviii sq. lix. lx. 66 sqq. 140.
Brabantia 135.
Brandeburgensis princeps 76. thalamus 67 (significatur Barbara de Brandenburg Vladislao Bohem. regi desponsa cf. Fessl.-Klein iii, 243).
Brant., Sebast. xxiii. lvii. lx. 123.
Breuci, populus Pannoniae. 41. Cf. Forbig. G. A. iii. 471.
Brixia, urbs Galliae cisalp. liv.
Brixina, oppidum Tir. liv. Brixina = Brixinensis lv. 96.
Burgundus uid. Car.; Burgundi principes degeneres 131. 138. Cf. Fugger E. 836 (»die beiden Bastarde von Burgund«).

Caballus, Anton., Sigismundi Archiducis quaestor 96.
Callimachus, Philipp. (Bonacursius) xxxix. 48.
Camers, Joh. xlviii.

Canum nomina xxxv(Turcus), xxviii (Zotulus), 9 (de cane Biffo).
Capra, infesta sartori uox 84.
Carmina lyrica li. sacra lix sq. 64. 71. 77. 88. diuersorum poetarum inter se simillima xxvi. xxxviii sq. lix.
Carolus, Burgund. dux. lix. 125 sqq. transfugam punit 137 eius mors 138. Adde de re operib. supra laud. etiam Zoller. Hist. Oenip. i, 167. Rausch. 158.
Catharina, Sigismundi Arch. altera uxor xxix sq. xxxvi. 103.
Cato M. 119.
Catullus 5. 60.
Celaenius, cognomen a F. Nigro usurpatum vii. l. et 92, ubi in uers. 60. scribendum est: Celaeni.
Celtes, Conrad. xvi. xxxviii. xl. xlii. xlv. xlviii. liii. lv sq. lviii. lix. 117 sqq. 120. 140.
Cheregonius, Jul. Ant. xxx.
Christophorus S. ab Imp. Friderico cultus. 46. 64.
Christophoreae artes 45 (fortasse artes bellicae Christophori illius ducis Bauar. significantur, qui contra Belgas feliciter dimicauit et in bello Pannonico inter primos Albam reg. expugnauit Fugger E. 994 Lichn. viii, 152 sim.)
Cimbriacus, Q. Aemilian. xviii. xxiii. xxv. xxxviii. xl sq. xlvi sqq. 31. 45 sqq. 120. 140.
Clericorum quorundam eius aetatis auaritia xxix.
Clesium, pag. uallis Anauniae 104. Cf. Weber. Tir. iii, 223 sq.
Coruinus, Matth. rex Hung. xxxi, xxxii, 45. Janus, eius filius 67 cf. Lichn. viii 149 Fessl.-Klein iii, 222.
Coruus albus in aula Caesaris xxxvi. 8.
Cremona, urbs 85. De re cf. Hegewisch ii, 6.
Cuspinianus, Jo. xviii. xix. xxxviii. xlii. xlv. lvi. lvii. lix. 119 sq. 140.
Cynthia, Propertii amica 60.

Danubiana sodalitas xxxix. xlii.
Delia, Tibulli amica 60.
Delius Volscus, poeta liii. 99.
Democritus 9.
Dissischius (al. Disisthius) heros pugnat in equitum certamine Linc. lx. 16.
Dominicus de Viterbio xxvii sq. (Reumont. l. c. 196 de eo haec scribit: „Gewissenloses Volk versuchte auf eigene Hand Geschäfte zu machen und ein Handel mit falschen Bullen wurde organisirt. Ein Scriptor Domenico von Viterbo, Sohn wohlhabender Leute, stand an der Spitze der Gesellschaft. Im Herbste 1489 wurde die Sache entdeckt und obgleich Domenico's Vater für dessen Befreiung 5000 Dukaten bot, befahl der Papst die Hinrichtung der beiden vornehmsten Schuldigen.“)
Dracoab Haymone gigante interfectus, eius lingua xxxiv.

Elisa, Bonomi amica 83.
Engelhardus Teutonicus, poeta. lviii. 104 sqq.
Euticus, Henr. lvi. 121.

Faber, Jo. Episcopus Vindobon. xviii.
Fenizer, Sigism. 123.
Fern, mons xxxvi.
Flandria 135
Fortunatus, martyr Aquileiensis 4 (eum iam Venant. Fortun. in fine uitae S. Mart. simili uersu celebrauit cf. Lirut. N. 134.)
Francofurtum. Concilium de eligendo rege ibi habitum 52 cf. Lichn. viii, 63 Chmel. Reg. p. 723.
Fridericus III. Imperator. Eius iter Italicum a. 1452 lii. 1469 xlvii. a. 1489 xlv. 2. 12. de eius itineris causis 4. schisma impedit 35 cf. Raynald. xi, 25. Hierosolyma uisit 35 cf. Raynald. xi, 211. SS. Christophorum et Leopoldum magna ueneratione colit 36. 46. 64. oratio ab eo Francofurti habita 52. liberat Maximilianum filium a Brugae incolis captum 2. 31. 54 sq. cf. Lichn. viii, 96 sq. eius sapientia 20. 97. coeli siderumque spectator 21. 43. pacis amans xxviii. 20. 24. 27. 116. Eius inopia rei pecuniariae; cf. ea, quae in carm. p. 71 et 72 significantur, cum Lichn. viii, dccxx. No. 1950. morbus 86 cf. Lichn. viii, 176. epitaphium 39. 116. Epicedium in eius obitu a Paul. Amaltheo scriptum xvii. xxv. 17 sqq. a Cimbriaco xxv. xxxix. eius statua xxvii. quinque uocales uid. s. v. Aquila; Vid. etiam s. v. Ratispona, Turcae etc.
Friedberg, arx prope Halam, urbem Tirolensem sita liii. 100. Cf. Staffler. i. 617.
Fuchsmagen, Joh. xvi sq. xix. xxiv. xxx. xxxiv (eius ioci) xxxv. xxxvi sq. xlii. l. lv. lvi. 1 (si Fuchsmag. h. l. v. 16 et p. 115 v. 10 [„quem ferax tellus Athesis creauit“] in ualle Athesina natus esse dicitur, id fortasse errori geographico, quem uocant, nostrorum poetarum adscribendum uidetur; cf. praeter ea, quae Ruf. Ferd. Z. l. c. p. 95 de F. patria habet, etiam acta acad. Friburg. Kluepf. ii, 57: „Jo. Fuchsmagen de Hallis dioecesis Brixinensis.“) 39. 40. 42. 52 (interest principum concilio Francofurtensi) 60 (inuidia uexatus) 72. 76. 77. 89 (Epitaphia cf. xxxiii; etiam Celtes Fuchsmag. inscriptionem sepulchr. misit, sed fort. antiquam Kluepf. ii, 157) 99. 140 („externis“ quoque poetis fauet; de re cf. etiam Geiger. Syb. Z. 39 [1878] p. 329) 114 (ab Innocentio VIII. doctoratus dignitate insignitus) 115. 119. cf. xxxii (clarus orator et legatus) 118 sqq. (Celti dona misit) 121. Litterae a Fuchsmag. ad Arch. Sigismundum missae de Maximiliano Rege ex captiuitate liberato 57. Eius liber de Carolo Burg. lix. Eius frater Leopoldus xx.

Gallia (Francia) 12. 32. 85. Galli Latium inuadunt. Romam uexant xxviii. xxix. 75. uid. s. v. Alphonsus, Roma.
Geldria 135.

Gerbel., Nic. xlii. cf. Aschb. Univ. Vind. ii, 316 sqq.
Germaniae principes 76. laudes 138 sq.
Giraldus, G. xlviii. li. Cf. Tirabosch. vii, 2025. Eckst. N. 194.
Graecilus, Gul. 9 („quo duce Caesar Amaltheum Palladio induit auro").
Granse, urbs 133 (Granson cf. Lichn. vii, 178. Rausch. M. 153.

Haedus, Petr. xxv.
Hagenbach., Petr. a Carolo Burg. urbibus, quas Sigismundus Archid. ei dederat pignori, praefectus. 127. cf. Fugger. E. 752. Lichn. vii, 125. uir crudelis interfectus 130 cf. Lichn. l. c. 158. Mueller hist. ii, 127.
Hala, urbs Tirolensis „fit ubi copia magna salis" 100.
Haymo, gigas xxxiv.
Heluetii 32. pro Sigismundo Archid. aurum deponunt ad urbes a Carolo Burg. redimendas 129 cf. Lichn. vii, 157 Egger hist. Tir. i, 597.
Hermagoras in urbe Aquileia sepultus 4. Breitschw. 25.
Hermolaos Barbarus xl. 48.
Hieronymus, Comes xxix. 102 (Adpono h. l. Reumonti uerba [l. supr. c. p. 366], ut cum nostri carminis narratione camparari possint: „Am 14. April trat Cecco, von zwei Vertrauten begleitet, in das Gemach Riario's, der keine Gefahr ahnte und unmittelbar darauf, unter den Augen seiner eigenen Leute, eine blutige noch zuckende Leiche aus dem Fenster auf die Strasse hinabstürzte. Während das Volk den Todten durch die Gassen schleppte, bemächtigten sich die Mörder der Gemalin und drei Söhne des Grafen.")
Hinterbach., Joh. Episcopus Tridentinus liv. 135.
Hipponax 65.
Hoellecher., Georg., Portus Naonis praefectus xxxvii. 11. 99.
Hoelzel., Blas. xxv. xxxiv. xxxvii. xlviii. 80.
Homerus 60.
Horatius 117.

Iacobus „bellorum auctor" 131 (Iacobus Galeotus [Galiozzo], ni fallor, cf. supr. et adiungas uers. 213 p. 138 „Latiaeque cohortis Ductorem".)
Iccia saxa 32. (I. portus, I. promont. = Calais cf. Forbig. G. A. iii, 119.)
Imitatio ueterum poetarum xxi. xxvii. xlvi. xlviii. xlix. li. lii. lv. lviii. 1 sqq.
Innocentius viii. Pontif. max. xxvii. 111. 114.
Iuaninius iuuenis Lincii ludo Troiano interest. lx. 16.

Ladislaus, rex Boh. uid. Vladislaus.
Ladislaus, Caesaris cubicularius xxix.
Lamberger Lincii in equitum certamine pugnat 16 (Nomen gentis Lamberger. eo tempore saepius occurrit e. g. Chmel. Reg. No. 4919 p. 500).
Lang., Matth. Episcop. et Cardin. Gurcensis xxxiii. xxxvii. lvi.

Lanzalot. Joh. Ev. 98.
Leopoldus, Marchio in Sanctorum numerum relatus et a poetis celebratus xxxi. lix. (Adiungas de hac re oper. iam laud. etiam Raynald. xi, 56) — S. Leopold. Imperatori Friderico gratias referet 36. 46.
Librariorum incuria xxi. L. Itali xix.
Lincium, urbs Austriae; ludicrae nominis explicationes; concilium post Imp. Friderici ex itinere Italico reditum (1489) ibi habitum, cui „ludus Troianus" adiungitur xlv. 12 sqq. 72.
Longinus, Vincent. vii. xxxii (cf. Freher. ii, 239 Aschbach. Univ. ii, 436).
Lothoringius dux 130; eius terram Carolus Burg. occupat 133 cf. Lichn. vii, 178. concilium uocat 136. corpus Caroli Burg. mortui sepeliendum curat 138 cf. Fugger E. 836.
Lucanus xlvi. 60.
Luciburgum 135.
Ludus Troianus 15 (de Troiae ludo apud ueteres cf. Friedlaend. in Marq. Momms. Ant. vi, 505 sqq.)
Lycambes 65.

Manlia, P. Bonomi amica 80 sq.
Marquardus de Brisach xxxvii. 63 sq.
Maximilianus Imperat. Maximus Aemilianus et Maximianus a poetis appellatus vii. xxxii.; xxviii. xxxi. xxxiii. Rex electus uid. Frider et Francof.; responsum ab eo Brugae incolis datum xxxvi. 56 sq. cf. Frid.; in equitum certamine Linc. uincit 17. bella ab eo gesta 32. 41 sq. 50. 123; parat arma in Turcas uid. Turc. — eius fortis et generosus animus xxxvi. 43 sq.; litterarum studiis fauet xxxvi. xlii. 51.
Mediolani dux 84. De re cf. Hegewisch. ii, 6 sqq. uid. s. v. Cremona.
Meduacus, flum. (cf. Paul. R. E. iv, 1707 Forb. G. A. iii, 514. „Meduacus maior = Brenta und Mündungen der Brenta.")
Merula, Georg. xl. 48.
Methone 85.
Mopsa, flum. in Gallia Belgica (Mosa) 32. cf. Forbig. G. A. iii, 216.
Morini, ab Imp. Maxim. superati 12. 32. 41. 50.
Morta (Murten) 133 cf. Lichn. vii, 179. Mueller. hist. ii, 129.
Mutina, Joh. Jac. a cruce de Mutina liii. 104.

Nanse (Nancy) 135. cf. Lichn. vii. 180. Rausch. M. 157.
Naonaei ciues 6. uid. Portus Naonis.
Nardinus Maniacheus xxviii.
Nassae comes 131. 138 (num Nassouiae comes Engelbrecht.? cf. Fugger E. 794. 836).
Natisonis aquae 4 (nunc Natisone Forb. G. A. iii, 513)
Naupactus 84. De Naupacto Venetis tum a Turcis erepto cf. e. g. Raynald. xi, 314.
Neker, flum. (Necarus) 80.
Neundlinger, Wolfg. 96. cf. Sinnach. ii, 324. Tinkhaus. i, 126 (†1486).
Neus, urbs a Carolo Burg. ob-

sidione cincta 131 cf. Lichn. vii, 160. 163. Rausch. 136.
Nicolaus de Flue xxviii. lix. 70.
Nicolaus, gigas xxxiii. xxxvi. 73. (Idem, ni fallor, gigas „Niklaus Heidl", qui iam in Sigismundi Archid. aula magnitudine corporis excellebat cf. Zoller. Hist. Oenip. i, 166. Eum post Sigismundi mortem ad Imper. Maximilianum peruenisse, ueri simile uideri potest. Sed nihil de hac re affirmare ausim; solus, qui accuratius nos docere possit, Schoenherrius est, uir doctissimus, archiuorum praefectus ac perscrutator, quem de ea quoque re multa collegisse audiui.)
Niger, Franc. xxxvi. xlix. lix. 89 sqq.
Noctuae in aucupio usus 82.
Nothafft., Georg. 136. cf. Bonell. Mon. 287: canonicus Trident. 1468; fit Plebanus in Tisens (prope Meranum) a. 1472; decessit 1490.

Oberaymer in equitum certamine Linc. pugnat 16. (Varii huius nominis uiri inueniuntur ap. Lichn. Reg. viii, No. 1515 [Hans Oberhaimer zu Partz] 1636, 1667 cet. Otto Oberhaimer, quum Alba Reg. caperetur, excellebat; Lichn. viii p. 152).
Odoricus, Trident. praepositus liii. 104. (Sine dubio Udalricus Kneussel. „Archiducalis Vicecancellarius, Canonicus et Praepos. Trident. 1482—1500." Cf. Bonell. Mon. 336.)
Oenipontani xxxiv. Oenipontan. codex. xiv sq. xix sq. xxvi sqq. lv.
Otacarus (Ottocarus) Bohem. rex a Rudolpho rege uictus 67.
Othingen, Ludov. 130 (num Lud. de Oettingen cf. Fugger. E. 251?)
Ouidius 117.

Pamphilus Saxus poeta obtrectator xxxiii. xli. 84.
Pannonii 6. 32. 41. 44. 123. 139.
Peraudi, Raim. xxvi.
Perger, Bern. xxxvii. 11. 52 (interest principum concilio Francofurtensi) 61. 65.
Perottus, Nic. xxxvii.
Philelphus, Franc. xl. Cf. Rosmini, Vita di Filelfo. Milan. 1808. Voigt. p. 179 sqq. Eckstein. N. 158.
Philippus, Archidux Austr., Imperat. Maximiliani filius 36. 42.
Philosophi litterarum renascentium aetate uiuentes saepius ad Platonicorum recentiorum, quos uocant, opiniones prope accedunt. xlvi.
Piso, Jac. xxiii. xxxiii. xxxviii. xli. lvi. lix. 139 sq.
Poetae laurea Apollinari donati xlvii. lii. 5. 10. 50. 62. 98. Cf. de ea re et apud antiquos et recentiores, qui saepe ueterum exempla commemorant, Friedlaender. S. iii, 324 sq.
Polonus poeta, qui Scrofa appellatur xli. 122.
Pomponius Laetus xxxviii. xxxix. xl. xli.
Ponticus, Ludov. lii. 96.
Portus Naonis (Portenau, Pordenone), patria P. Amalthei

xliii. xlv. xlvii. 5 sq. 6. cf. xxxviii (discordia inter ciues orta) 7. 50.
Posthumus, Georg. liii. 99 sq.
Praga, urbs 66.
Pucini lares 82 (Pucinum inter Aquileiam et Polam situm; uinum Pucinum laudabatur. Nunc Duino. Forbig. G. A. iii, 588. Paul. R. E. vi, 276.)

Ratispona, concilium ibi habitum de bello contra Turcas parando 26 sq. cf. 53 et Chmel. Reg. No. 6431 p. 625. (Reichs-Abschied in Betreff des Türkenzuges).
Raunacher pugnat in equitum certamine 16.
Reuchlin., Joh. xvii. xxxvii. xlii. xlviii. lvi. lvii. 116.
Rhaetia 67. cf. l. et s. v. Tirol.
Rheihenburger, Joh. in certamine Linc. pugnat. (Idem nomen occurrit [Hans v. Reihenburg] Lichn. viii, Reg. No. 1696.)
Rhodus, insula a Turcis uexata 49. 108 cf.s. v. Asteria.
Romae, urbis querelae xxviii. lix. 74. sq. Roma studiorum causa frequentata lix. 106. St. Maria sopr. Minerua 110.

Sabaudiae ducissa 127 (cf. Lichn. vii, 155 „die verwitwete Herzogin von Savoyen“.) Müll. ii, 126.
Sabellicus, Marc. Ant. xl. xli. l. li. lx. 48.
Sigismundus, Archidux Austriae, Comes Tir. nouam per Alpes uiam sternit xxxvi. 96. *eius* nuptiae a poetis celebratae xxix sq., xlix. lix. 103. poetis fauet xxxvi. 139. pignori dat Carolo Burg. Alsatiam et urbes ad Rhenum sitas, quas postea redimit 126 sqq. cf. Fugger. E. 752. Hegewisch. i, 21. Lichn. vii, 125. 157. Egger. Tir. i, 597. signa ducis Burg. uicti ad suas aedes suspendit 134.
Simei dominus 131. 138. (num unus ex familia Symmen, quae ab Janssen. R. p. 418 nominatur?)
Simon B., puer Tridentinus ab Judaeis interfectus liv. 136.
Solotri, Solodurii pagi (Solothurn) incolae 132. cf. Rausch 97.
Sontiacae aquae 4. (Sontius = Isonzo cf. Forbig. G. A. iii. 513.)
Spiegel, Jac. xlviii.
Sportula 71 (de sport. ap. ueteres nunc Friedl. S. i, 207 sqq.)
Strozzius, poeta lix.
Suitenses legatos ad Sigismund. mittunt 128.

Taberitae 70.
Taruisinus ager 5. Taruisanus appellatur Ludov. Ponticus lii.
Tergestum 12. sinus Tergestinus 82.
Thermae (Austr. Baden) 30.
Tiberinus, Joh. Math. xxxv. liii sqq. lix. 125 sqq.
Tifernus, Aug. xxxv.
Timauus, flum. (nunc Timavo Forbig. G. A. iii, 513). 4. 82.
Tirolensia arma 125. signa 137. cf. s. v. aquila et Rhaetia.
Tolophus, Jan. xxxix. 121.

Tridenti sollennis pompa a sacerdotibus ducitur ad pacem a Deo petendam 135 sq. — Paulus Amaltheus ibi docet xliv.
Tritonius, Petr. liii.
Trombetta, Ant. xxv.
Turcae 12. 26. 42. 53. 78 uid. Ratispona. Turcus, nomen canis uid. s. v. canis.

Ulsenius Theod. xxxiii. xxxviii. xxxix. xlii. 79. 121.

Vaticinium xxx.
Veldidena xxxiv cf. Wiltina templa.
Vellenberg, arx xxxv.
Veneti 4. 58. 84 sq. 97. Venetorum quorundam poetarum iniuriosa carmina xxxiii. xlix.
Vergilius xxvi. 60. 117 (Fabula illa de Vergilio, quae a Celte breuiter significatur, a Comparettio Virg. p. 301 ita exponitur: „eine Erzählung, in welcher Virgil als ein Weiser auftritt und besonders vor Augustus seine Kunst als Pferdedoctor geltend macht. Gewöhnlich bestand die Belohnung, welche ihm der Kaiser gab, in Brod und Virgil wurde also wie ein einfacher *Stallknecht* behandelt.“)
Verona, Catulli patria 5. 60.
Vicentia, urbs a Cimbris condita dicitur 5 (cf. Lirut. N. p. 382).
Vindobonensium senatus xxxvi. 92. Vindobonens. codex xvii sq.
Vitez, Joh. Episcop. Vesprim. et Vindob. xxx.
Vladislaus, rex Bohem. regnum Hungariae affectat; ei Barbara de Brandeburg erat desponsa, sed Beatrix Hung. regina ad eius nuptias aspirat xxviii. 67 sqq. cf. s. v. Beatrix.

Waldauf.. Florian. xxxiv.
Waradinus episcopus, Janus, Vladislai Bohemi regnum Hungariae affectantis partibus fauet 68 sqq. (cf. Lichn. viii, 150 Fessl.-Klein. iii, 223 „Bischof Joh. Pruiss von Grosswardein 228).
Westualius et cereuisia 70.
Wiltina templa xxxiv.
Windeck de, Sigism. liii.

Zelandia 135.
Zenger, Wolfg. xxxi. („de sanguine natus equestri“).
Zoleren, Comes de xxxii.

Verlag der **Wagner**'schen Universitäts-Buchhandlung
in **Innsbruck**.

Ovidius und sein Verhältniss

zu den Vorgängern und gleichzeitigen römischen Dichtern
von **Dr. Anton Zingerle.**

3 Hefte. fl. 3.40 kr.

1. Heft: Ovid, Catull, Tibull, Properz. 1869. fl. 1.20 kr.
2. Heft: Ovid, Ennius, Lucrez, Vergil. 1871. fl. 1.20 kr.
3. Heft: Ovid, Horaz. — Stellenweiser. 1871. fl. 1.

Zu späteren lateinischen Dichtern.

Beiträge zur Geschichte der römischen Poesie
von **Dr. Anton Zingerle.**

2 Hefte. fl. 2.60 kr.

I. Heft: Zur Imitatio Horatiana. — Ueber Ausonius. — Wiederholungen im lateinischen Hexameterschlusse in den verschiedensten Epochen und deren Entstehung. 1873. fl. 1.20 kr.

II. Heft: Ueber einen Innsbrucker Codex des Seneca Tragicus. — Zu Lucan, Silius, Martial. — Zur Behandlung des Mythos von der Bergeaufthürmung bei römischen Dichtern. — Zu Paulinus Nolanus. — Neue metrische Excurse.. — Stellenverzeichniss zum 1. und 2. Hefte. 1879. fl. 1.40 kr.

Kleine philolog. Abhandlungen

von **Dr. Anton Zingerle.**

2 Hefte fl. 2.—

I. Heft: Petrarca's Verhältniss zu den römischen Dichtern. — Bemerkungen zu den Sulpicia-Elegieen des Tibullus. — Handschriftliches zu Ovid's Remedia Amoris. — Einiges über die Scene in Sophocles Aias V. 646—692. 1871. Preis 40 kr.

II. Heft: Zur Aechtheitsfrage der unter Ovid's Namen überlieferten Halieutica. — Weiteres zu den Sulpicia-Elegieen des Tibullus. — Zur Erklärung und Kritik einiger Stellen lat. Autoren. — Stellenverzeichniss zum 1. und 2. Hefte der philologischen Abhandlungen. — Excurse und Zusätze zum 2. Hefte. 1877. Preis fl. 1.60 kr.

Martial's Ovid-Studien.

Untersuchungen

von **Dr. Anton Zingerle.**

1877. 80 kr.

Untersuchungen zur Echtheitsfrage der

Heroiden Ovid's

von **Wolfram Zingerle.**

1878. fl. 1.20 kr.

Die lateinische Nominal-Composition

in formaler Hinsicht dargestellt

von **Dr. Friedrich Stolz.**

1877. fl. 1.20 kr.

Beiträge zur Kritik und Erklärung des

Cornelius Tacitus

von **Dr. Johann Müller.**

4 Hefte. fl. 2.40 kr.

1. Heft: Historiarum I. und II. 1865. 60 kr.
2. Heft: Historiarum III. bis V. 1869. 60 kr.
3. Heft: Annalium I. bis VI. 1873. 60 kr.
4. Heft: Annalium XI. bis XVI. und sprachliches Register über alle 4 Hefte. 1875. 60 kr.

Die

thebanischen Tragödien des Sophokles

als Einzeldramen aesthetisch gewürdigt

von **Dr. Johann Müller.**

1871. fl. 1.20 kr.

Untersuchungen über die homerische Frage.

1. Heft: Die einheitlichen Elemente des 1. Gesanges der Ilias

von **Dr. Ludwig v. Hörmann.**

1867. 75 kr.

Die Psychologie des Willens

bei *Sokrates, Platon, Aristoteles*

von **Dr. Tobias Wildauer.**

1. Theil: Socrates' Lehre vom Willen. 1877. fl. 1.20 kr.
2. Theil: Platon's Lehre vom Willen. 1879. fl. 3.—

Platon's Protagoras.

Mit Einleitung und Anmerkungen zum Schul- und Privatgebrauche

von **Dr. Tobias Wildauer.**

1857. 72 kr.

Platonische Studien von Josef Steger.

3 Theile. fl. 2.40 kr. ö. W.

1. Theil: Die Sophistik und sophistische Rhetorik. Die platonische Dialektik. 1869. 80 kr.
2. Theil: Die platonische Tugendlehre. 1870. 80 kr.
3. Theil: Die platonische Psychologie. 1872. 80 kr.

Schicksal und Gottheit bei Homer.

Eine homerische Studie

von **Augustin Christ.**

1877. 80 kr.

Die

Echtheit des platonischen Dialoges Charmides.

Mit Beziehung auf die „platonische Frage" und mit besonderer Rücksicht auf Scharschmidt's Athetese untersucht

von **Dr. Alois Spielmann.**

1875. 80 kr.

Die Reihenfolge der platonischen Dialoge

Phädros, Phädon, Staat, Timäos

von **Dr. Franz Schedle.**

1876. 60 kr.

Entstehung und Entwicklung des

spartanischen Ephorates

bis zur Beseitigung desselben durch König Kleomenes III.

von **Georg Dum.**

1878. 60 kr. ö. W.

Die spartanischen Königslisten

von **Georg Dum.**

1879. 60 kr. ö. W.

Abhandlung über die

Heeresverwaltung der alten Römer

im Frieden und Krieg,

in besonderer Beziehung auf die beiden Hauptzweige der Heeresversorgung: Besoldung und Verpflegung

von **K. A. Sonklar Edlen von Innstätten.**

1847. fl. 1.60 kr.

Römer und Romanen in den Donauländern.

Historisch-ethnographische Studie

von **Dr. Julius Jung.**

1877. fl. 2.80 kr.

Ueber

Wesen und Aufgabe der Sprachwissenschaft

mit einem Ueberblick über die Hauptergebnisse derselben.
Nebst einem Anhang sprachwissenschaftlicher Literatur.

Von **Dr. Bernhard Jülg.**

1868. 60 kr.

Origine, formazione ed elementi

della lingua italiana

per **Fortunato Demattio.**

II. edizione, con molte correzioni ed aggiunte.

1878. fl. 1.—

Die ladinischen Idiome

in Ladinien, Gröden, Fassa, Buchenstein, Ampezzo

von **Dr. Johann Alton.**

1871. fl. 8.

Unter der Presse:

Beiträge zur Ethnologie

der ostladinischen Idiome

von **Dr. Johann Alton.**

Die romanischen

Landschaften des römischen Reiches

in der Kaiserzeit.

Historisch-ethnografische Studien

von **Dr. Julius Jung.**

1. Spanien, 2. Gallien, 3. Africa, 4. Britannien, 5. Donaulandschaften, 6. Italien.

Studien und Forschungen

auf dem Gebiete der

homerischen Gedichte und Literatur.

Von **Dr. Benicken.**

Das XII. und XIII. Lied vom Zorne des Achilleus in N Ξ O der homerischen Ilias.

-06607 SB
-37
C

PA 8123 .Z5 C.1
De carminibus Latinis saeculi
Stanford University Libraries
3 6105 036 707 540

PA
8123
.Z5

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.